


IN LIBRVM QVARTVM  
ANTONINE BRISSENSIS DE CON  
structione decem partium orationis Cadaba  
*lis Grauij Calydonij lucidissima explanatio.*



*Subijt sancte Inquisitionis examen:*

Ex officina Francisci Correa Typographi Sere  
nissimi Cardinalis Henrici. Anno 1565.  
Vlyssippone.

*Hæc breuiter Cadabal quondam dictauit in vrbe  
Amphilochi nota, que dicitur Aureus Ensis.*

WAVE 10 V

ZON. 1012107

1012107

1012107

1012107

1012107

1012107

1012107

1012107

1012107

1012107

AD PRAECELLENTISSIMUM  
 inuictissimumq; Sebastianum Lusitaniae, &  
 Algarbiorum regem, dominūq; Gui-  
 neae, Arabicum, Indicum, Persicū,  
 Africum, Æthiopicū, Cada-  
 balis Grauii Calydo-  
 nii carmen.



*MAXIME* rex regum, regū clarissima proles,  
 Ornat cui viridis regalia tempora laurus,  
 Quem colit Europe, Libye cui paret, honores  
 Cui meritos Asia, & quicquid Sol cernit in orbe  
 Largitur. sanctae fidei vigor, atq; pudoris  
 Lumen, Supremus quem misit ab aethere Christus  
 Virgine prognatus, vasti dominator Olympi.  
 Quem timet Oceanus, tumidoq; vagantia monstra  
 Gurgite, quae Proteus Neptuni pastor oberrat.  
 Cui de Pierio de cerptas fiore coronas  
 Nascenti placido subsydere pulcher Apollo  
 Obtulit. Aonides venerantur carmine, Clio  
 Praeclaros cythara coepit memorare triumphos.  
 Horrendum in Mauros bellum reuerenda Thalia,

Cadab. in quartum  
 Calliope vario modulata ex hoste trophaea,  
 Cæestes retulit mores Vrania, seuo  
 Euterpe populos vincendos Marte reuelat,  
 Terpsicore pelagi dominum profitetur aperte,  
 Immortale iubar studiosa Polymnia, claras  
 Melpomene laudes, Erato moderamen amoris  
 Concinnat, rerum quanquam fastigia summa  
 Obtineas, oculos, animum, mentemq; benignam  
 Ad Grauium vatem, ( Pauper quem structa vetusto  
 Muro Tyda tulit, resonans ad mœnia cuius  
 In mare cum fulua Minius prorumpit arena,  
 Qua rigidus Verres horrido murmure voces  
 Cumminam iuxta rabida subiactitat, vnda )  
 Verte potens, regni quanuis te pondus iniquum  
 Nunc premat, et famulo, rexo celeberrime regum  
 Victricem senio confecto porrige dextram.  
 Me precor in numero, turbaq; repone tuorum,  
 Ut præclaram urbem dictam de nomine Vlyssis,  
 Auriferumq; Tagum videam, regemq; potentem  
 Regali sceptro dignum, cui fulget in ore  
 Maestas, splendor, charitas, animosaq; virtus.  
 Qui simul es regnum, & venerabile nomen adeptus,  
 Et teneris annis vera pietate resulges.  
 Perlege quod nuper conscripsi fronte serena,  
 Atq; hylari vultu, cernis quo cætera, nostrum  
 Hoc opus, hæc artis nec non præcepta latinæ  
 Euigilata tibi, nec sperne hoc tempore munus,

Cadab.  
 Grauij  
 Patria.

Verr. transa  
 uersu saxum  
 in ostio Mio  
 nij.

Quo

*Ant. lib. paraphrasis.*

Quo dulces Musas, Helyconiaq; antra requiris.  
Auxiliante Deo veniet cum grandior ætas,  
Carmina nostra leges, famam et celebrata tuorum  
Gesta, poetarum cantu memorata per orbem.  
Illa meum in magnos facilè testantur amorem  
Lusitanorum reges, quos fama perennis,  
Æternumq; decus radiantia tollit ad astra.  
In quorum laudes non me Colophonis alumnus,  
Nec grauis Andinus, gaudet quo Mantua, nec qui  
Coniuge pro raptâ cythara fidibusq; sonoris  
fretus, Tartareas frustra descendit in umbras.  
Non Geticus vates, nec me superabit Apollo,  
Si Grauius cygno superi concedere vitam  
Non dedignentur, Zephyro rex maxime regum  
Flante tuo, forti qui germen ab Hercule ducis,  
Et genus a claro prætendis Iasone quondam,  
Vnde domus generi debetur Sfortia, nec non  
Austria, Lysiadum regum sed gloria maior.

Coloph.  
alum. i.  
Homerus  
Andr.  
Vergi.  
Orpheus  
Geti. va. i  
Ouid. us

Lysi. i.  
Lusitano.

ib.  
uij  
ia.  
anso  
xum  
Mis

PHILOLOGIS OMNIBVS CADABAL

Gravius Calydonius P.S. ac summam felicitatem precatur.



Vum præcepta de latina syntaxi assidua dictandi cura, et varia sollicitudine omnes ferme Hispaniæ præceptores torqueri necnon angi animaduerterem, eorum molesto ponderi meo labore subinuitissimi regis Sebastiani obsequio, quanta potui breuitate succurrere decreui. Omni abdicata voluptate, quam Amphilochoi vrbs pro soli vbertate, et rerum vilitate suggerere solet. Vbi non solū omni ope ac auxilio destitutus pastoralem spinosamq; vitam totum triennium egi. Sed etiam cum hoste duro Frācisco campestri, (quem sub graui sydere Saturni in meam perniciem infeliciter natum, foris et intus nigrum prouida rerum parens natura fecerat,) perpetuum intestinumq; irato Marte bellum gessi. Et quanquam ab amicis, vt saluti iam sexagenarius consulerem, admonebar, nihilominus tamen Romani sermonis amatoribus, festis simul et profestis diebus, antelucanis temporibus audita re diuina, reliquū tēpus studijs (quæ totū requirūt hominē) impēdens prodesse malui, quā eorū, (quos nulla rerū mouet admiratio) consiliū sequi. Scilicet ne quibusdā esse frustra natus viderer, & vt posteris meis aliquādo me in ima mūdi valle vixisse testarer. Speroq; posthac non modo meos, sed etiā aliorū discipulos inextricabiles et sinuosos Labyrinthos, ne duā decennales ambages, meis in Anto. Nebrissen. annotationibus effugituros, & ad frugem breui peruēturos. Valete, Vlyssippone, Pridie No. Septemb. Anno. 1565.

IN LIBRUM QVARTVM ANTONII

Nebrissensis de constructione decem partium orationis, ad inui-  
dissimum Lusitaniae, & Algarbiorum regem Sebastianum,  
Africum, Persicum, Aethiopicum, Indicum,  
Arabicum, Cadabalis Grauij Calydonij  
Paraphrasis.



Constructio est debita partium orationis composi-  
tio. Et est quadruplex recta. rectissima. obliqua,  
& figurata.

Constructio recta fit per nominatiuū, & verbū, &  
accusatiuū, ut, *Quē natura nigrū fecit, nullū tēpus dealbabit.*  
Constructio rectissima fit per nominatiuum, verbum, & duos ac-  
cusatiuos, ut, *Tu me grammaticam Bononia docuisti.*

Constructio obliqua fit per nominatiuum, verbum, & casum  
obliquum, ut, *Deficit ambobus, qui vult seruire duobus.*

Constructio figurata quando figurate loquimur. ut, *Pars infru-  
stra secant, verubusq; trementia figunt.*

Partes quae regunt, & reguntur sunt tres, nomen, pronomen, &  
participium.

De nomine sit exemplum, *Filium patris nisi fallor video.*

De pronomine sit exēplū, *Hoc laboris. hoc negotij breui facescā.*

De participio sit exemplum, *Studia pietatis sectantem laudabo.*

Partes quae regunt & non reguntur sunt sex, videlicet, *Verbū,  
Aduerbiū, Interiectio, coniunctio, gerundium, & supinum.*

De verbo sit exemplum, *Vir bonus, & sapiens seipsum explorat  
adunguem. Frustra Neptunū implorat, qui bis naufragiū fecit.*

### Cadab. in quartum

De aduerbio sit exemplum, O socij, o passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem. O vna ante alias felix Priameia virgo.

De interiectione sit exēplū, O curas hominū. Væ mihi. ꝑ. pudor.

De coniunctione sit exemplum apud Vergilium, Ergo illius venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

De gerundio sit exēplum, Tempus est legendi purpureas rosas.

De supino sit exemplum, Quid te is perditū? Eo venatū ceruos.

Sola præpositio seruit casibus, qui reguntur a nomine, vel participio, vel verbo media præpositione, ut, Peleus a Ioue tertius fuit. Hector circum Troianos muros raptatus fuit ab Achille.

Propter honestos mores te vehemēter amo, & tua studia ꝑ. bo.

Genera verborum personalium quatuor sunt, Actiuum, passiuum, neutrum, atq; deponens. Nam illa quæ dicuntur communia non sunt communia, sed deponentia tertij ordinis verborum deponentium.

Verborum actiuorum species septem sunt, & omnia verba actiua respectu accusatiui sunt primæ speciei verborum actiuorum.

### DE PRIMA VERBORUM ACTI- borum specie.

PRIMVS ordo actiuorum est eorum verborum, quæ a fronte construuntur cum nominatiuo at ergo vero cum accusatiuo, ut, Vir iustus, & prudēs honestatem probat. Hic adolecens literas, non voluptates amat.

Verbum actiuum est quod desinit in o in actiua voce, & habet passiuā in or, ut, Amo, amas, adamo, adamas, deamo, deamas, redamo, redamas. Diligo, diligis. Colo, colis multas habet significaciones

cationes, de maiore ad minorem significat amare, ut, Pios colit ipse Deus. De minore ad maiorem significat reuereri, & adorare, ut, Deum Opt. Max. Christiani pie colunt. Dicimus Colo terram, colo faciē, Mineruam, Neptunum, Martem, Venerem, Apollinem, Musas, Lauernam, Bacchum, Cererem, Dianam Pso ram. Colo domum, ciuitates, rura, syluas, nemora, mōtes. Trabo, duco, reduco, deduco, subduco notissimam habent significationē. Ago, Græcū est, & varias sortitur significationes ratione accusatiui, cui iungitur. Dicimus elegāter Agere capras, oues, boues, captiuos, reliquaq; praeuincia agitare. Agere equum, currum, tygres, leones, elephantes, est regere loris. Agere fabulā, Comœdiam, tragœdiam, pastorem, mimum, scurrā, personam. i. re presentare, Agere tempus, vitam, ænum, ætatem, est viuere. Agere sese, circa causam, vel negotia incedere. Agere causam, i. patrocinari. Dicimus agere rem, agere noctem, agere nugas, agere animam pro eo quod est mori. Agere pro impellere, vt tua te scelera præcipitē agunt, i. impellunt. Agimus gratias verbis, habemus gratiam animo. Dicimus præclare, vel pessime agitur cum illo impersonaliter. Agere cum aliquo, est deliberare cum eo. Actum est de me, actum est de illo, capitur in malam partem, ut, Actum est de rebus nostris; nihil nisi vota supersunt. Dicimus quoq; aguntur anni nonaginta, aguntur menses, dies, noctes, & hora.

*Vebo, is, & Porto portas, notæ sunt significationis, de verbo Ferro, satis abunde alibi dictum est.*

*Gero est huius ordinis, dicimus Gero bellum, magistratum. consulatum, præturam, dictaturam. Gero consulem, prætorem, cæ-*

*B* *forem,*

Cadab.iii quartum

forem, imperatorem, ducem, principem, oratorem, poetam, & similia. Baiulo, Incubo, Incipio, Ineo, Disco, Edisco, Dedisco, Oppugno, Impugno, Propugno, & Expugno notas habent significationes.

Capio huius ordinis est, quod sic se habet. Locus qui recipit in nominatiuo, & res quæ recipitur in accusatiuo ponitur, ut, Quem totus non capit orbis, &c. Ecclesia uix tot parochos capit. Gymnasium non capit scholasticos. Et per reciprocationem cum his nominibus Voluptas, Indignatio, Amor, Molestia. Odiū, Tædium, Amœnitas & similibus, sic loquimur. Tædium omnium rerum capit me. Amor redeundi ad proprios Lares me cepit.

Capior amœnitate huius loci. Dicitur Captus oculis. Captus mente. Captus amore. Acapio deriuatur capto captas frequētatiuū. Sumo, Paco: Placo, Lasso, Laxo, Abdico, Exhæredo notæ sunt significationis.

DE SECUNDO VERBORUM  
actiuorum ordine.

IN hac secunda uerborum Actiuorum specie collocantur uerba implendi, uacuandi, accusandi, postulandi, damnandi, emendi, uendendi, & estimandi, ut, Impleo, compleo, adimpleo, expleo, vacuo, exinatio, accuso, postulo, damno, paro, comparo, distraho, uendo, estimo, taxo, apprecio. Verba implendi, & uacuandi post accusatiuum principalem eleganter construuntur cū ablati uo, ut, Impleui hodie ventrem cerebro Iouis, tu uero trichidibus suis. Nam illud quod Vergilius dixit, Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ, poeticum est, aut simanis antiptosis. Exinatum hodie lenticulam oleo, & impleui caules optimo liquore,

liquore, & sic de alijs.

Verba accusandi indifferentem construuntur cum genitiuo, vel ablatiuo sine præpositione, vel cum præpositione de, ut, Ego te furti, vel furto, vel defurto apud iudicem accusabo. Hæc nomina, altero, utroque, neutro, ambobus, crimine, lege, in materia accusationis, collocantur in ablatiuo, & nunquam in genitiuo, ut, Altero, utroque, neutro, ambobus, crimine lesæ maiestatis, & Cornelia lege immerito sum accusatus. Incusare deos, vel homines, est querendo reprehendere.

## DE MATERIA PRECII.

Precium est duplex certum & incertum. Precium certum vel res quæ pro pretio certo ponitur collocatur in ablatiuo semper, cum verbis significantibus precium, ut, Emi equum viginti ducatis. Tu emisti Aethiopem natum sub sydere Cancris decem minis. Comparavi librum pugione. Tu vendidisti villam tuam mangonizatam duobus talentis, & inaurato gladio. Precium certum signatur per nomen substantiuum, precium incertum per nomen adiectiuum, & ponitur in genitiuo, ut, Emi domum pluris, minoris, tanti, quanti tu comparasti agrum. Summa, & precium licet sint substantiua, ponuntur in ablatiuo, ut, Parua summa, & paruo precio distraxi bona patris. Quando breuitatis gratia dicimus, Magno, paruo, maximo, minimo emi, subintelligitur precio in ablatiuo.

Eleganter utimur his aduerbijs comparatiuis melius, peius, carius, vilis, ut melius, vilis, carius, peius emi quam tu.

### Cadab in quartum

Precium certum, atq; incertum cum verbis non significantibus precium, semper ponitur in casu verbi, ut, Dabo tibi quatuor drachmas. Mittam tibi post prandia quatuor talenta. Reddam quos mihi credisti trientes. Terentius in Eunucho, Heri pro amobus viginti minas dedi, & sic de alijs.

Dicimus etiam, Emi tot precijs, quot tu emisti. Mercatus sum tantum agri, quantum tu hodie comparasti.

In hac materia precij tres regule franguntur. Prima, quo casu quæreris, eodem respondere teneris. Secunda exponens, & expositiuum debent collocari in eodem casu. Tertia officium coniunctionis. De prima regula sit exemplum, Quanti emisti thoracem?

Respōde, Tribus minis. Quanti vendidisti mulam? Responde. Centum drachmis. De secunda regula sit exemplum, Emi villā plurisq; tu, i. Pluri precio. Vendam minoris agrum, q; frater. i. minore precio. De tertia sit exemplum, Comparavi bibliothecam mille numis aureis, & minoris. Distrabam quicquid habeo quatuor assibus, & pluris.

Verba æstimandi Pēdo, facio, æstimo, sum, es, fui, habeo, curo, duco, puto asciscunt sibi hos genitiuos, huius, tanti, quanti, magni, parui, pluris, plurimi, maximi, minoris, assis, floci, nauci, pili, uili, nihili, seu pro nihilo. Terentius, Quid de me fiat paruicuras. Cicero. Et ame minimi putabantur. Verg.. Non assis faciunt.

### DE TERTIA VERBORUM ACTI- uorum specie.

**T**ertius ordo verborum Actiuorum post accusatiuum principale gaudet datiuo. In hac specie collocantur verba dādi,

præo

*preferendi, cōmodandi, locandi, conducendi, suadendi, Dicendi, commendandi, consulendi, & faciendi, qualia sunt.*

*Do das dedi datum varias habet significationes, dicimus enim, dare pecunias, dare vitā, dare herbam, dare vitio, dare vela uentis, dare operam, dare fidem, dare manus, dare pœnas, dare veniam, dare se in alicuius disciplinam, dare potestatem, dare libertatem, dare se in manū sine arbitro. Quatuor composita huius verbi quæ simplicis regulam seruant, sunt. Circundo, Pesundo, Venundo, Satisdo. Reliqua sunt tertiæ coniugationis, ut, Abdo, Addo, Condo, Credo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Reddo, Subdo, Vendo, Trado, Mando, Prædor, aris, venit a Prædo, quod in usu non est.*

*Dono, as, aui, c collocatur etiam in quinto ordine dicimus enim, Dono tibi coronam lauream, & dono te corona laurea. Dedo me tibi. Antefero, Frafero, Præpono te Homero. Pospono te triuialibus magistris. Commodo notæ significationis est.*

*Fœnero tibi numos, Tu fœneraris a me numos. Pignoro, seu pignero, significat rē pignori dare. Pignerari deponens significat pignora per executionem capere. Elegantius dicimus, Accepi pecunias mutuo, & dedi pecunias mutuo, q̄ mutuavi tibi pecunias, & tu mutuatus est a me pecunias. Posterior dicendi modus licet ab Antonio non improbetur, rarissime reperitur apud Latinos.*

*Loco, Conduco, Suadeo, Persuadeo, Dico, Edico, Indico, Credo, Commendo, & Cōmitto nota sunt lippis & tonsoribus, ut, Tu locasti mihi domum. Conduxisti a me tabernam. Suadebo tibi honesta. Tu mihi turpia persuasisti, & sic de alijs.*

*Consulo te est primæ speciei verborū actiuorum. AEqui boniq̄*

Cadab. in quartum

consulo. quæ facis, est secūda. Cōsulo tibi utilia huius ordinis, quæ  
dicimus, reipublicæ, atq; tuis cōsulisti, est secūda speciei neutror  
Facio, facis, feci, & in passiva Fio, fis, factus sum, vel fui, multa,  
& varia significat. Dicimus enim latine. Facere agrum, beatū,  
miserum, tristem, bellum, carcerem, cadauer. cædem, coniecturā,  
copiam, certiozem.

Facere conuiuium, fidem, facinus, ferias, flagitum, fallaciā, finē  
Facere furtum, deuotionem, deditiozem, damnū, delicias, fugam.  
Facere disidiosum, dubium, disertum, gaudium, superbum,  
tardum, mutum.

Facere mærorem, impetum, iram, stomachum, incendium,  
ignem, ingenium, æs alienum.

Facere mores, consuetudinem, rem gratam, iacturam, ludos,  
litem, mirum.

Facere virum, liberum, caput, gregem, missum, modum, mini-  
sterium, viam.

Facere iniuriam, dedecus, nugas, nasum, nefas, mortem, sortem,  
ocium, terrorem.

Facere votū, expeditionē, pacē, plebē, partes, sumptum, temerē.

Facere rem magnam, carmina, versus, rempublicam, potesta-  
tem, risum, iocum.

Facere pediculos, pecuniam, uxorem, sementem, vmbam, que-  
stionem.

Facere vmbam, periculum, admissuram, opus, verba, vocem, sin-  
gultus, semen.

Facere vitiata semina, officium, exemplum, vim, vestigium, nau-  
lum, pestem.

Facere

Facere delicias, voluptates, audacem, loquacem, funus, somnum,  
Facere questum, pecus, mentionem, iter, gregem, & similia, de  
quibus apud autores passim reperiuntur exempla.

Facio componitur quatuor modis.

Primo modo componitur cum præpositionibus, ut, Afficio, Cō-  
ficio, Efficio, Inficio, Perficio, Officio, Reficio, Proficio, Præfi-  
cio. Sufficio.

Secundo modo componitur cum aduerbijs, ut, Fabre facio, Be-  
ne facio, Male facio, Satisfacio.

Tertio modo cum verbis, ut, Mæd facio, Pinguefacio, Assuefa-  
cio, Calefacio, Candefacio, Cōmonefacio, Frigefacio, Feruefacio,  
Cōsuefacio, Tepefacio, Dissuefacio, Mansuefacio, Stupefacio,  
Ignefacio Vmbrefacio, Pudefacio, Labefacio, Expergefacio,  
Terrefacio. Perterrefacio.

Quarto modo cum nominibus, ut, Sacrificio, Vlnifico, Magnifi-  
co, Deifico, Clarifico, AEdifico, Vniifico, Mortifico, Iustifico.  
Damnifico, Pacifico, Velifico & similia. Dicimus quoq; in vo-  
ce passiva Versificor, Gratificor, Modificor, Testificor, Ludifi-  
cor, Carnificor & similia. Faceſſo est desideratiuum. Factito,  
Frequentatiuum.

## DE QVARTA SPECIE

verborum actiuorum.

QVarta verborū actiuorū species duplici gaudet accusatiuo,  
altero exui transitionis, altero est natura verbi vel speciei.  
Et hæc dicitur cōstructio rectissima. In hac specie collocantur  
verba Docendi, monendi, orandi, rogandi, postulandi, pe-  
tendi, induendi, spoliandi, cingendi, calciandi, qualia sunt.

B 4 Doceo

### Cadab. in quartum

Doceo, Dedoceo, Moneo, Admoneo, Oro, Exoro, Rogo, Interrogo, Flagito, Posco, Postulo, Peto, Induo, Vestio, Exuo, Spolio, Cingo, Accingo, Subcingo, Calcio, Excalcio. Quibus annumerantur Erucio, is, Caelo, as, Condoneo, as, Erudio, i, erudi doctū facio, caelo, i. occulto, Condoneo, i, veniam do.

Nonnulla verba huius quartae speciei sunt aliquando tertiae, aliquando quintae, aliquando sextae, ut, Induo tibi vestem, induote vestem, induo te veste. Peto Romam, est primae speciei. Peto te pecuniam, est quarta. Peto te lapide, quinta. Peto abs te veniā, sexta. & sic de alijs.

### DE QUINTA ACTIVORVM SPECIE.

Quintus ordo verborum activorum post accusativum principale gaudet ablativo, vel effectivo. Haec species complectitur verba donandi, spoliandi, satiandi, onerandi, percutiendi, afficiendi, mutandi, priuandi, leuandi, subleuandi, qualia sunt, Dono, Spolio, Satio, Saturo, Onero, Exonero, Peto, Afficio, Muto, Priuo, Leuo, Subleuo, Satio, Satis, refertur ad omnes sensus, Saturo refertur ad gustum tantum. Afficio capitur in bonam & malam partem, ut, Afficio te muneribus. Afficio te voluptate. Afficio te iniuria. Afficio te molestia.

### DE SEXTA VERBORVM activorum specie.

Sextus ordo verborum activorum post accusativum principale gaudet ablativo cum praepositione ab, vel a. Collocantur in hac specie verba abstinendi, continendi, accipiendi, suscipiendi, recipiendi, eripiendi, amovendi, auferendi, & auertendi. Verba sunt Abstineo, Continuo, Accipio, Suscipio, Recipio, Eripio, Amoueo, Aufero, Auerto. & similia.

## DE SEPTIMO ORDINE VERBORUM ACTIV.

Septimus ordo verborum activorum gaudet a tergo dativo, & ille dativus contra morem aliorum verborum per passivum vertitur in nominativum. Verba huius ordinis sunt admodum pauca, hæc fere, Veto, Iubeo, Interdico, Præcipio, Persuadeo, Pignoro, Mutuo, Fœnero, & similia, ut, Veto tibi legere, Tu vetaris a me legere. Iubeo tibi dormire, Tu iuberis a me dormire. Interdico tibi aqua & igni, Tu interdiceris a me aqua, & igni. Pignero tibi vestem, Tu pigneraris a me vestem. Mutuo, & fœnero tibi pecunias. Tu mutuaris, & fœneraris a me pecunias, & sic de alijs.

## DE NATURA VERBORUM PASSIVOR.

Verbum passivum est quod desinit in or, & habet activum in o, & exigit ante se nominativum pro persona patiente, & ablativum cum præpositione ab, vel a, pro persona agente, vel faciente, ut, Deus amatur a me. Non dicitur latine Deus amatur mihi. Quia dativus nunquam ponitur cum verbis, nisi cum participijs. Ovidius. Sed mihi tunc metuendus erat. Idem. Ille per insidias pene est mihi numerus peremptus. Idem. Linqvior, & ancillis excipienda cado. Idem. Non tibi sic dices Phylli sequendus eram. Verg. O luce magis dilecta sorori. Quod præceptum luce meridiana clarius est, apud benemeritos de lingua latina. Nam quod Vergilius dixit. Nec cernitur ulli. Ovidius. Scis mihi quæ pura sæpe bibatur aqua, fit per antiptosim figurate apud poetas, quod oratori non permittitur. Nec minus errant, qui dicunt personam agentem per passivam poni in accusativo præpositionis per, citantes illud Ciceronis, Res agitur per eosdem creditores, per quos cum tu aderas, agebatur. Causa enim non tractabatur a creditoribus, sed ab oratoribus, creditorum gratia

Itaq;

Cadab. in quartum

Itaq; per in his orationibus non personam, sed causam tantum modo signat, Hæc prolixius q̄ debui, ut quorundam crassorum grammaticorum communem corrigerem errorem. Præterea tot sunt species & tot vsrba passiva, quod actiua. Casus cum quo cōstruitur verbum post accusatiuum principalem in actiua voce, non mutatur in passiva, ut, Implebo pecunijs crumenam. Crumena implebitur a me. pecunijs. Cur macram spē mihi das? Cur macra spes datur abs te mihi? Qui regem literas docet, nō oleum, nec operā perdit. Nō oleū nec opa p̄ditur ab eo, a quo rex literas docetur. Alexander magnus indignum quendam ciuitate donauit. Quidā indignus ab Alex. mag. fuit ciuitate donatus. Auerte oculos a uanitate. Oculi auertantur a te a uanitate. Sunt præterea nonnulla uerba quæ nulla ratione mutantur ex uoce passiva in actiuam, ut, Creantur sacerdotes. Capiuntur uirgines. Consternantur equi. Inprelio centum milites desiderati sunt. Linq̄uor animo.

Nonnulla uerba actiua in uoce passiva sunt deponentia, qualia Mutuo, Fœnero, Delecto, Pignero, quod uerbū significat quod uulgo dicimus per executionem capere, hoc est capere pignus. Iuuenalis. Cuius & aluoleos, & lenam pignerat Atreus. Cicero in Philippicis, Etenim Mars ipse ex acie fortissimum queng; Pignerari solet., hoc est inpignus accipit.

Verba Reciproca, & quæ uocatiua dicuntur habent a tergo casū simile præcedēti, qualia sunt, Scribor, Habeor, Existimor Credor, Feror, Iudicor, Prædicor, Agnoscor, Vocor. Nominor, Appellor, Nuncupur, & similia, ut, Scribor Iudicor, Habeorq; poeta inter amicos, Vocor Antonius. Et quāuis post hæc uerba

sequa

sequatur infinitiuus, nihilominis tñ præcedit nominatiuus, ut,  
Fertur mustella reddere filios ore. Verg Dicitur æte aras, media  
inter numina diuū, multa Iouē manibus supplex orasse supinis.  
Ouidius, Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina diceris, aura  
te vellere diues ouis.

### DE NATURA VERBORVM NEVTRORVM.

PRImus ordo uerborū Neutorū gaudet a frōte nominatiuo, a  
tergo uero genitiuo, & ablatiui, sed frequētius ablatiui. Ut  
Careo pecuniarū, uel pecunijs. Egeo salutis, & salute, qualia sūt,  
Careo, Egeo, Indigeo Abundo, Redundo, Inundo, Sto, Con  
sto, Satago, Abstineo, & similia.

### DE SECUNDA NEVTRORVM SPECIE.

SECundus ordo uerborū neutrorū gaudet a frōte nominatiuo,  
a tergo uero datiuo, qualia sūt Cedo. is cessi, Pareo, Obedio, Ob  
tempero, Consulo, Provideo, Prospicio, Caueo, Placeo, Displiceo,  
Occurro, Obuio, Faueo, Aspiro, Seruio, Inseruio, Parco, Ignosco,  
Noceo, Doleo, Indulgeo, Insto, Supplico, Hæreo, Adhæreo, Illudo  
Insulto, Inuideo, Impono, Incesso, Inuado, Incumbo, Beneuolo,  
Benecupio, Timeo, Metuo & similia.

Nonnulla uerba huius speciei sunt actiua, ut, cōsulo, Provideo,  
Prospicio, Impono, Illudo, Inuideo, Parco, Cupio, Timeo, Me  
tuo. Indulgeo, & Oleo, licet sint neutra construuntur cū accu  
satiuo. Iuuenalis. Mollior ardenti sese indulsisse tribuno.

Salustius, Quasi dolens eius causam. Cicero in Philippicis.

Quis non dolet interitum talis, & ciuis, & uiri? & in epi  
stolis. Epistolam concisam doleo, habet hoc uerbum

tria participia dolens, doliturus, atq; dolendus.

Inuado

Cadab.iiu quartum

Inuado iungitur quoq; accusativo. Vergilius. Inuadunt urbem  
sono vinoq; sepultam. Salusti. Priusq; hostes inuaderet. Verg.  
alibi. Nūc inuade viā, vaginaq; eripe ferrum. reliqua notissima  
sunt.

DE TERTIA VERBORVM

neutrorum specie.

VERBA huius ordinis construuntur a parte anteriore cum no-  
minatiuo, & a parte posteriore cum ablatiua sine præpositio-  
ne, uel potius cum effectiua. Animaduertendum est duplicem es-  
se passionem, scilicet illatam, & innatam, ut, Deus amatur a  
fidelibus. Innatam, ut, Tument ira Simo, Itaq; passio illata intelli-  
gitur in verbis passiuis passiuī generis, & in verbis neutris  
quarti ordinis illatam significantibus passionem, qualia sunt,  
Vapulo: Veneo, Fio. Passio uero innata est verborum, quæ in  
bac tertia verborum neutrorum specie collocantur, qualia sunt  
Fragro, Flagro, Ardeo, Exardeo, AEstuo, Caleo, Frigo, Algeo.  
Mano. Vergilius. Redolentq; thymo fragrātia mella. Ouidius.  
Flagratq; cupidine currus, & alibi, Ardet in immensum gemi-  
natis ignibus Aethna. Primitiua verba huius ordinis, quæ  
sunt secundæ coniugationis, significant passionē innatā, hoc est  
intus natā, & perfectam, ut, Caleo, Tepeo, Tumeo. Rigeo, Tor-  
peo, Frigeo, Algeo, Palleo, Nigreo, Albeo, & similia. Quæ sic  
exponuntur, Caleo, i. calidus sum. Tepeo. i. tepidus sum. Tumeo  
i. tumidus sum. Rigeo. i. rigidus sum. Torpeo. i. torpēs sū, & sic  
de alijs.

Deriuatiua terminantur in sco,  
& sunt tertiæ coniugationis, quæ passionis innatæ incre-  
mentum significant, & a latinis dicuntur augmentatiua,  
qualia

qualia sunt, Caleſco, tepesco, tumesco, rigesco, torpesco, frigesco, palleſco, nigreſco, albeſco, quæ ſic exponuntur. Caleſco. i. accipio incrementum caloris. Tepesco. i. accipio incrementum teporis. Tumesco, i. accipio incrementum tumoris. Rigesco. i. accipio incrementum rigoris. Torpesco. i. accipio incrementum torporis. Frigesco. i. accipio incrementum frigoris, & ſic de alijs.

Omnia hæc verba ſignificantia paſſionem innatam, vel incrementum paſſionis innatæ, hoc eſt tam primitiua, q̄ deriuatiua, nõ admittunt ablatiuum perſonæ animatæ. Non dicitur latine mater calet filijs, ſed filij reddunt matrem calidam, vel ſic, filij calefaciunt matrem. Nec dixeris tu cales Antonio, ſed ſic Antonius te calidum reddit, vel Antonius te calefacit, & ſic de alijs.

## DE QVATVOR VERBORVM neutrorum ordine.

**V**erba huius ſpcciei ſignificant paſſionem illatam, hoc eſt, ab alio latam more verborum paſſiui generis, & ſunt admodum pauca, hæc fere. *V*apulo, *u*eneo, *f*io, *l*iceo. *Ex*ulo non eſt huius ordinis, quia ſignificat actionem, componitur ab extra, & eo, *is*, & ſolum, quaſi extra ſolum eo. Nam illud *M*artialis, *Ex*ulat *Auſonia* profugus delator ab vrbe, nihil probat. Quoniam adſtruitur ſic. Delator profugus ab vrbe *Auſonia* exulat, hoc eſt, vitam agit in exilio, & collocatur in quinto ordine neutrorum. Septem verba actiua ſignant aliquando paſſionem in voce actiua, qualia ſunt, *P*ræcipito, *i*nſinuo, *T*ondeo, *a*ccingo, *v*erto, *i*ngemino, *t*urbo, & intelliguntur per hanc barbaram dictionem.

*Cadab. in quartum*

*pitauit. De quibus passim exempla reperies apud poetas, raro tamen apud oratores.*

*Sunt qui dicant Nubo, & Occido esse quoque huius ordinis, ut, Puella nupsit viro. Ouidius, Occidit a forti (sic dii voluistis) Achille. occidit. i. occisus fuit.*

**DE QUINTO NEVTRORV M**  
*ordine.*

**V***erba quinti ordinis post se cum nullo casu construuntur, nisi media prepositione. Qualia sunt, Eo, Obeo, Exeo, Nato, Enato, Sto, Salio, Salto, Ambulo, Deambulo, Incedo, Sapio, Desipio, Resipisco, Contendo, Certo, Pugno, Concurro, Constituo, Attinet, & Pertinet in tertijs duntaxat personis numeri singularis. Exulo, Dormio: Vigilo, Sedeo, & similia, ut, Tecum contendere nollem. Nos hic certamus de lana caprina, & asini umbra. Eamus in umbrosam syluam. Hoc non attinet ad me, nec ad te. Nos viuimus in vrbe, vos autem in mangonizatis villis. Hoc verbum viuo complures significationes, & constructiones habet.*

*Primo modo construitur cum nominatiuo tantum, ut, Adhuc viuuit pater meus.*

*Secundo modo construitur cum duobus nominatiuis, ut, Ego viuuo parum felix. Viuuit ille corruptus.*

*Tertio modo construitur cum nominatiuo, & datiuo, ut, Mibi, non tibi viuuo.*

*Quarto*

Quarto modo cōstruitur cum nominatiuo, & accusatiuo, *Iuuenalis, Qui Curios simulat, & Bacchanalia viuunt. i. ad morem Bacchanalia celebrantium.*

Quinto modo cōstruitur cum nominatiuo, & ablatiuo, & tūc significat idem quod vescor, ut, *Madidis viuo lupinis, & pane secundo, tu vero lautissimis cibus.*

Sexto modo cōstruitur cum accusatiuo rei verbalis, ut, *Miseram, & tenebrosam viuunt vitam, quos scelerum conscientia torquet.*

Septimo modo cōstruitur cum accusatiuo temporis, ut, *Nestor, vixit annos tercentum. Pater tuus vixit annos sexaginta.*

Octauo modo cōstruitur cum ablatiuo temporis, *Plinius, Zoroastres vixit annis viginti in deserto, caseo ita temperato, ut senectutem nunq̄ sentiret.*

Nono modo cōstruitur cum casu præpositionis, ut, *Viuamus in agris, fumosa ciuitate relicta.*

Decimo modo fit verbum impersonale in voce passiuā, *Ouidius, Viuitur ex raptō. Persius, Velle suum cuiq̄ est, nec voto viuuntur vno.*

## DE SEXTA NEUTRORVM

### specie.

**S**exta neutrorū verborū species est eorū verborū, quæ a frōte cōstruuntur cū nominatiuo, at ergo vero cū accusatiuo, More verborum actiuorū, qualia sunt, *Sono, Tono, Paueo, Gemo, Tremo, Tremisco, Ardeo, Pereo, Depereo, Oleo, Lugeo, Doleo, Maneo*

Cadab. in quartum

maneo, euado, spiro, lugeo, expuo, pauesco, metuo, volo, nolo, malo, horreo, horresco, sapio, otheo, ceno, & similia. Vergilius. Nec vox hominem sonat. Plinius. Quanto ore laudes patris tonas? Horatius. Nec muliebriter expauit enssem. Vergilius, Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum fatalyci, fortemq; Gyam, fortemq; Cloanthum. Et alibi, Sonitumq; pedum, vocemq; tremisco. & alibi, Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. De quibus passim apud autores exempla reperiuntur.

De natura, & constructione Sum. es, fui. Satis abunde dictum est alibi. Sum, es, fui cum hoc nomine opus, eleganter iungitur genitiuo, & ablatiuo, ut, Opus est mihi ingenij tui, vel ingenio tuo.

Sunt praeterea nonnulla verba ad naturam Sum es fui accedentia, quae substantiua quoq; dicuntur, desiderantia post se casum similem praecedenti, qualia sunt, Existo, maneo, uiuo, ut, Existit incorruptus, Manet felix, Viuit immortalis, & similia. Eiusdem naturae quoq; sunt, Incedo, Ambulo, Euado, ut, Incedo laetus, Ambulo tristis, Euado doctus.

Animaduertendum illa quae dicuntur neutra transitiva, iudicio meo nihil habere quod illis repugnet, cur non dicamus actiua, &c. Sensus huius Antoniani praecipi est, quod haec verba Planto, Propino, Bibo, Libo, Sero, Sorbeo, Vello, Ceno, Comedo, Fodio & similia non admittunt hos accusatiuos, Me, Te, Se. Nos, Vos, Se, nec accusatiuos nominum propriorum. Quia fit repugnantia naturae secundum grammaticorum opinionem. Sed Antonius posse fieri asserit, ne sermo latinus mancus existat.

DE VERBIS AD DEVM  
vel naturam pertinentibus.

IN verbis exceptæ actionis, hoc est quæ ad Deum vel naturã pertinere dicuntur, qualia sunt. Serenat. Grandinat, Fulminat, Ningit, Pluit, Fulgurat, Tonat, Notescit, Aduesperascit, Lucescit intelligitur nomen cognatæ significationis, quod quia certum est, non exprimitur, ut, Pluit, Grandinat scilicet Deus vel natura, incertum tamen solet exprimi. Martialis lib. 4. Quia uicina pluit Vipsanis portacolumnis. Tibul. Multus ut in terris deplueritq; lapis. Statius. Saxapluunt. Plinius li. 2. cap. 36. Effigies, quæ pluerat, spongiarum fere similis fuit. Verg. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Idem. Portat tonat cæli. Cicero. Ioue tonante & fulgurante. Terentius. Lucescit hoc iam, scilicet cælum. Plautus in Amph. Eamus Amphitruo, lucefcit hoc iam. in Curcul. Nam hoc quidẽ haud multo post lucebit. Negatiue atq; per metaphoram habent hæc verba omnes numeros & personas. Ego non fulmino, nec tu grandinas, atq; etiam affirmatiue per metaphoram, hoc est per translationem quandam. Plinius epistola ad Titum Vespasianũ. Quãto tu ore patris laudes tonas. Vergilus in fine. 4. Georgic. Cæsar dum magnus ad altum fulminat Euphraten bello.

Verba animalium, atq; auum, qualia sunt Ballo, Latro, Vlulo, Blatero, Grunio, Barrio, Rugio, Gannio, Sibilo, Hinnio, Fremo, Pipo, Pipilo, Pipio, Gemo, Cacabo, Garrio, Gruo, Clango, Zinzilulo, Crocito, Cucubo, Cucurio, atq; similia habent omnes

C numeros

Cadab. in quartum

numeros, & omnes personas per metaphoram, ut, verba exceptæ actionis, ut, Cacabat auceps. Balat filius pastoris. Appula gānit uelut in amplexu. Cucubas noctu, & sic de reliquis.

Omnia verba possunt esse absoluta si post se cum nullo casu con- struantur, ut, Ego lego, Ille vero docet.

Omnia uerba neutra fiunt actiua cum recipiunt accusatiuū rē uerbi significantem, ut, *Viuo vitam. Eo iter. Ambulo viam.*

*Duram seruo seruitutem, Furio furorem, Curro cursum, uel stadium, Certo certamen, Milito bellum, Pugno pugnam, Pecco peccatum. Quæ orationes huiusmodi vertuntur in passiuam uocem, Vitam uiuitur a me, iter longum itur a me. Dura seruitus seruitur a me. Certamen magnum certatur a me, & sic de alijs.*

*Qua propter esse actiua dixi. Ouidius in transformationum li- bro, Nunc tertia uiuitur ætas. Horatius, Libenter hoc, & omne militabitur bellum in tuæ spem gratiæ. De quibus exem- pla reperies passim apud autores.*

*Duratio temporis cum quouis uerbo collocatur in accusatiuo, nonnunquam etiam in ablatiui, ut, Auus meus uixit annos centum, uel centum annis. Hæc anus est octoginta annos nata. Verg. Hic iā totos tercētū regnabitur annos, & alibi, Septē illū totis p̄hibēt ex ordine mēses. Cicero. Ab hinc annos prope uigin- ti. Idē, Ab hinc annis quindecī. Ouidi. Pene decē totis aluit Pœ- antius annis. Terē. Sex mēsibus olfecissē. Cice. Clodius respōdit triduo illū, aut quatruiduo periturū, ad hoc respōdet regula cois, tēpus & locus in quo, ponūtur in ablatiui. Tēpus ponitur in no- minatiui cū his uerbis. Ago, Abeo, Sū, Labor, Prætereo, ut, Aguntur, abiere, sunt, lapsi sunt, præteriere decem anni, ex quo*

parum

parum pudicam uxorem duxi.

Verba quæ Antonius accusatiuo figurate iungi dicit, in sexto uerborum neutrorum ordine merito collocauimus.

Omnia uerba actiua, passiua, neutra, atq; deponentia possunt iungi datiuo significanti voluptatem, aut molestiam, damnum, aut commodum alicuius, ut, Fero mihi libros. Libri mihi feruntur a me. Ego tibi vigilo. Plato posteris philosophatus est.

### DE VERBIS DEPONENTIBVS.

Verbum deponens est quod desinit in or, & non habet actiuum in o, retinetq; tamen actiuam significationem, ut, Ego loquor uerba. Eius species sunt sex.

#### DE PRIMA DEPONENTIUM

##### specie.

Prima deponentium species est eorum uerborum, que post se construuntur cum genitiuo, qualia sunt, Misereor, Obluiscor, Recordor, Reminiscor. Verg. Misereor animi non digna ferentis. Ouidius, O uirgo misereor mei, misereor meorum, & sic de alijs. Quatuor hæc synonyma uerba. Misereor, Miserror, Miseresco, Miseret differunt constructione. Misereor construitur cum genitiuo, ut, Misereor mei. Miserror, miseraris construitur cum accusatiuo. Verg. Phæbe graues Troiæ semper miserate labores. Miseresco construitur cum genitiuo. Verg. Iuppiter arcadij queso miserescite regis. Miseret, miserebat, est impersonale, & construitur cum genitiuo, & accusatiuo, ut, Terentius, Miseret me illius & alibi, Non te miseret mei Chreme?

##### Regula.

### *Cadab. in quartum*

Omnia verba significantia recordationem, vel obliuionem con-  
struuntur cum genitiuo, vel accusatiuo indifferēter, ut, *Vix ma-*  
*lorum præteritorum, vel mala præterita recordor. Virg. Amiso-*  
*fos iam hinc obliuiscere Graios. Ouidius, Non animorum oblita*  
*juorum, & sic de alijs. Memini meministi huius quoque ordi-*  
*nis est exui applicationis. Verg. Forsan hæc olim meminisse iu-*  
*uabit. Teren. Faciam ut huius diei, lociq; memineras.*

### DE SECUNDO ORDINE VERBORVM deponentium.

**S**ecundi ordinis uerborum deponentium verba construuntur a fronte cum nominatiuo, a tergo uero cum datiuo, qualia sunt *Opitulor, Auxilior, Suffragor, Refragor, Adulor, Assentor, Blandior, Palpor, Gratulor, Grator, Irascor, Assentior, Insidior, Obsequor, ut, Tu mihi non auxiliaris, nec opitularis unq̄. Martialis Cæsari Domitiano blanditur. Tu mihi bene merenti de te semper insidiaris, & sic de alijs huius ordinis.*

### DE TERTIO VERBORVM deponentium ordine.

**V**erba deponentia tertij ordinis construuntur a tergo cum accusatiuo, qualia sunt *Solor, Solaris, Consolor, Execror, Abominor, Detestor, Auersor. Sequor, Prosequor, Assequor, Consequor, Exequor, Insequor, Presequor, Fateor, Confiteor, Diffiteor, Precor, Deprecor, Mereor cum suis compositis Pro-*  
*mereor,*

*mereor, Demereor, Comereor, Causor, Emulor, Imitor, Minor, Minitor, Patior, Perpetior, & similia.*

## DE QUARTA VERBORUM deponentium specie.

*Verba deponentia quarti ordinis construuntur a tergo cum ablatiuo, siue septimo casu, qualia sunt, Lator, Deletor, Vtor, Potior, Vescor, Fungor, Fruor, ut, Post hac utar meo iure. Tu vesceris tantummodo pane secundo. Tu optata voluptate frue- ris, & sic de alijs quæ in hac specie collocantur.*

*Quando potior construitur cum genitiuo, sub intelligitur impe- rium vel dominium in ablatiuo, ut, Alexander magnus post quam rerum potitus est, obiit Babilone, rerum scilicet imperio vel dominio.*

## DE QUINTO DEPONENTIVM verborum ordine.

*Verba quinti ordinis deponentia cum nullo casu construuntur a parte posteriore, nisi media præpositione, qualia sunt, Iocar, Grassor, Castrametor, Labor, Rusticor, Philosophor, Tumultuor, Cachinnor, & similia, ut, In fœminam illam ingenio sa Natura est mire iocata. Latrones noctu grassantur per vrbes, & sic de alijs.*

*Cadab. in quartum*  
**DE SEXTO DEPONENTIVM**  
ordine.

**V**erba deponentia sexti ordinis construuntur a tergo cum ablatiuo prepositionis *ab*, uel *a*, qualia sunt, *Nascor, nasceris, Orior, oreris, vel oriris.* *Nascor* dicitur de rebus corporeis, ut, *Christus redemptor noster natus est ex virgine Maria.* *Orior* dicitur de rebus incorporeis, ut, *Magna in populo seditio orta est absente rege.* Aliquando differentia hæc confunditur.

**DE VERBIS COMMVNIBVS**  
*falso sic dictis.*

**N**on desunt crassi grammatici, præsertim hi qui nutricum gestant pallia, qui miseros auditores instituunt ad male loquendum, dicentes esse verba communia apud Latinos, hoc est, habentia tam actiuam, quàm passiuam significationem, quod ego falsissimum esse deprendi. In significatione quidem actiua duntaxat apud grauissimos autores reperiuntur. Teste Cicerone in *Verrem.* Vno hoc crimine complector omnia. *Columella, Vno ambitu secum cuncta complectitur.* *Iuena. Quis enim virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas?* *Cicero pro Milone, Meam patientiam inuidiose criminatur.* *Cicero in Epistolis. Eam fidem hominum esse, in tua dignitate, quam ego in mea dignitate expertus sum.*

*Idem in Catinium, Veneramini illum Iouem huius urbis custodem.* *Quintilianus, In quibusdam nolim interpretari.* *Cicero, Sumam*

Summam igitur amentiam putant esse, quod scriptum erat rei publicæ causa salutis, id non ex reipublicæ salute interpretari.

Plinius. lib. 15. Lauriferam tellurem osculatus ex responso.

Horatius, Præsentiq; tibi meritos largimur honores. Unde facile probatur, omnia hæc verba quæ ab imperitis falso dicuntur communia, esse deponentia tertij ordinis.

Participia præteriti aliquando signant passionem. Vergilius, Cursusq; dabit venerata sacerdos. Quod etiam deponentibus atq; neutris est commune. Plinius lib. 7. Quæ haud dubie portendit famem, quæ statim subsequuta est, & alibi. Redeamus ad confessa in homine. Vergilius, Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo. Iuuenalis, Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax audet in historia. Vergilius. 3. Georgi. Bisq; triumphatas utroq; a littore gentes. Hæc, ut cornicum oculos configerem, protuli.

## DE VERBORVM IMPERSONA. lium natura.

VERBUM duplex esse constat, videlicet. Personale, & Impersonale. De verbo Personali, hoc est de verbo Actiuo, Passiuo, Neutro, & Deponenti satis dictum est. Nunc vero de verbis impersonalibus breuiter agendum est.

Verbum impersonale duplex Actiuæ uocis, quod est simile tertijs psonis uocis actiuæ, ut, Miseret, Pudet, Tædet, Passiuæ uocis quod est simile tertijs psonis uocis passiuæ, ut, Curritur, Statur, Pugnatur, Itur, de quo statim dicemus.

Cadab. in quartum

Verbum impersonale est, quod caret numeris & personis, quæ definitio datur etiam de infinitiuo. Differt autem impersonale verbum ab infinitiuo modo, qui æque numeris & personis caret. Quod verbū impersonale non indiget verbo alterius modi, quin potius ipsū libere per omnes modos spargitur, & orationes perfectas, atq; perfectum sensum generantes in animo auditoris efficit, ut, Miseret me tuæ calamitatis. Infinitiuus modus verbum, alterius modi, aut nomen, aut aliam partem, ut orationem perfectam conficiat, desiderat, ut, Cupio videre te. Est mihi mens ire Vlyssipponem atq; Regi Sebastiano, qualem terra nunq̄ tulit, inservire. Satis est me studijs florere meis..

Persona est qualitas quædam rationalis naturæ, quæ significat ea quæ homo habet, unde homo si est præstans corporis, dicimus habere formosam personam, Si habet robusta membra, dicimus habere robustam personam. Corpus equi, aut canis non dicitur habere personam, sed corpus rationalis creaturæ, ut hominis, angeli, Dei. Est alius modus personæ cum dicimus, agit personam militis, meretricis, aut parasiti, in significatione grammaticali significat nomen substantiuum, nam substantiuum nomen significat personam, non adiectiuum, nam adiectiuum conuenit cum omnibus personis, huius personæ grammaticalis sūt tres qualitates. Quæ loquitur est qualitas primæ personæ, cum qua loquimur est secundæ, de qua loquimur est tertiæ.

Verbū nō habet psonas, sed terminationes cōuenientes nōiatiuis primæ, secūndæ & tertiæ personæ, & ideo dicitur habere psonas. Verbū impsonale dicitur quia nō potest recipere terminationes cōueniētes nominatiuis, & quia nō potest recipere nomē substā.  
tuum

tiuum quod in nominatiuo personam significat, aut vocatur imper-  
sonale, quia habet terminationes similes tertijs personis.

Verborum impersonalium actiue vocis species sunt quatuor, quarum  
prima duo verba complectitur. scilicet interest, atque refert, quae a par-  
te anteriore genitiuo, a parte posteriore infinitiui, uel subiuncti-  
ui gaudent, ut. Praetoris interest gubernare rempublicam.

Senatoris refert utilitati publicae consulere, quae orationes sic ex-  
ponuntur, In re praetoris est gubernare rempublicam. Res sena-  
toris fert publicae utilitati consulere. Iunguntur haec duo verba

cum his ablatiuis Mea, tua, sua, nostra, uestra in genere foemini-  
no, quibus additur cuius ab hoc nomine possessiui cuius cuius cu-

ius, ut, Mea, tua, sua, nostra, uestra interest amare Deum. Cu-  
ius interest docere, eius refert accipere laboris praemium. Cum

subiunctiui sic. Mea interest ut legam, mea refert ut doceam.

Mea, tua, sua, nostra, uestra iunguntur genitiuis nominum, pro-

nominum, & participiorum utriusque numeri, ut, Mea unius, mea  
solius, mea ipsius, tua unius, tua solius, tua ipsius. Nostra omni-

um, uestra omnium, interest regibus inseruire. Tua fugientis re-  
fert addere pedibus alas. Nostra uiuentium interest prouideri

futura mala. Mea, tua, sua, nostra, uestra iunguntur participijs  
hoc modo, Mea vigilantis, atque tua dormientis interest habere cu-

stodes. Nostra morientium, & uestra fugientium refert implorare  
auxilium Dei. Siquis forte quaerat cur potius utamur his ablati-

uis. Mea, tua, sua, nostra, uestra, cuius in genere foeminino, quae in ma-

sculino, aut neutro, respondebis id fieri, quia haec uerba interest  
& refert componuntur cum nomine res rei generis foeminini,

qua propter sic exponimus, Mea interest, id est, in re mea est.

Mea

Cadab. in quartum

Mea refert, idest res mea fert. Gaudet hæc verba his genitiuis tanti, quanti, tantidem, quantidem, magni, parui, pluris, minoris, ut, Tanti mea refert, quanti tua interest. Pluris vel minoris mea refert, q̄ tua. Non dicitur latine, Mei, tui, sui, nostri, uestri, interest, quoniam hæc verba non admittunt genitiuos passionē significantes. Nec dicitur latine mea petri, atq; tua præceptoris interest docere. Sed hoc modo, Mea, qui sum petrus, Tua, qui præceptor es, interest docere. Dicitur tamen latine, Mea, atq; Petri refert audire lectionem. Tua, atq; fratris interest tacere.

Hæc duo uerba interest & refert, quæ cū alijs grāmaticis diximus esse impersonalia, esse personalia habereq; suppositum, & mea, tua, sua, nostra, uestra cuius esse accusatiuos plurales, qui reguntur a verbo interest ratione præpositionis, a verbo refert propter eiusdem uerbi naturam, nulli mediocriter docto dubium est. Cicero lib. 3. Epistola. 9. In Epirum me statui conferre, non quo mea interesset loci natura. Idem pro Sylla. Uestra, qui uixistis, hoc maxime interest. Et 4. Fini. Mibi non satis uide mini considerare, quid intersit naturæ quæq; progressio. Idem Att. Quid refert una sententia omnium? Varro lib. 1. Hæc uarietas maxime refert. Plinius lib. 11. cap. 31. Multum tamen in his refert & locorum natura. Et alibi lib. 7. cap. 6. Incessus in grauida refert. Et lib. 14. Manifestum est patriam, solumq; referre, non uiam. Et lib. 16. cap. 33. Neq; terræ tantum natura circa has refert. Et cap. 39. Infinitum refert lunaris ratio.

Et lib.

Et  
cap  
Lon  
& t  
non  
cont  
ista  
aut  
cusa  
resse  
inte  
tis, p  
aute  
iund  
nam  
risu  
pro  
Ter  
daba  
tum  
uerb  
ultim  
Dici  
certo  
Sunt  
ri in

*Et lib. 17. cap. 24. Refert & tempus anni. Et alibi lib. 18. cap. 21. Plurimum enim refert soli cuiusq; ratio. Et cap. 31. Longitudo in his refert, non crassitudo. Et lib. 21. Diximus & terram referre plurimum. Plautus in Bacch. Triduum non interest ætatis, vter maior sit. Idem in Persa. Expuella percontari volo, quæ ad rem referunt. Terentius in Adelph. Quid ista Æschine nostra? aut quid nobis cum illis? scilicet intersūt, aut referunt? Quod mea, tua, sua, nostra, vestra, cuius sint accusatiui casus, vel Thamyras hoc vidisset. Cicero. Mea interesse arbitror, ubi mea accusatiuus casus est, id est, arbitror esse inter mea commoda. Quod Plinius ostendit in exemplis citatis, patriam referre, solum referre, non vnam. Grammaticorum autem insulsa ratio hæc est. Quemadmodum (inquiunt) disiuncte dicimus, in re mea est, ita cõiuncte dicemus mea interest, nam interest componitur ab in, & re, & est. Quod Catoniano risu dignum videtur. Latini enim non dicunt in re mea est, pro ad me pertinet, seu spectat, sed in rem meam, aut e re mea. Terentius in Andria. Alium esse censes nunc me, atq; olim quum dabam, si in rem vtriusq; est, ut fiant, accersi iube. Apud Plautum, atq; Terentium in orationibus quæ fiunt per hæc duo uerba interest, & refert, mea, tua, sua, nostra, uestra leguntur vltima breui. Sed pudet in re comperta diutius immorari. Dicuntur tamen aliquando a nonnullis impersonalia quodam certo modo, posteriora uero magis probanda sunt. Sunt nonnulli grammatici bardi, qui dicant Est, erat collocari in hac prima impersonaliũ specie, quia passĩ genitiuo iũgeretur.*

### *Cadab. in quartum*

*Cum dicimus prætoris est cōsulere reipublicæ. Boni pastoris est tendere nō deglubere pecus. Non est prudentis bis in bello capi, quod falsum est, nam in huiusmodi orationibus, breuitatis & elegantia gratia supprimitur suppositum, quod est opus, uel munus, uel officium, uel cōsilium, uel iudicium, quod Plinius testatur, cum dixit. Non humanæ mentis, sed impudentiæ opus est. Manifestissime id apparet, cum dicimus, Non est meum, Non est tuum, Non est suum, Non est nostrum, Non est vestrum tantas componere lites. Non est meum, tuum, suum, nostrum, uestrum, scilicet munus, uel opus, uel officium, uel iudiciū, uel consilium, in quare nemo sanæ mentis dubitauerit, cum hoc meridiana luce clarius sit.*

## **DE SECUNDA VERBORVM** *impersonalium specie.*

**SECUNDA** impersonalium species actiue uocis ( inquit Antonius Nebriss. ) est eorū verborum, quæ a fronte exigunt datiuum, & post se infinitiuum, ut, *Accidit mihi febrire. Contingit mihi ire. Euenit mihi docere. Conuenit mihi audire. Placet mihi legere. Licet mihi amare. Expedit mihi proficisci. Vacat mihi dormire. Constat mihi te insanire. Patet mihi te esse ignarum, & similia, quæ omnia sunt personalia, quoniam infinitiuus ponitur pro nominatiuo, hoc modo, febrire, i. febricitatio accidit, ire, i. iter contingit mihi, docere, i. doctrina*  
*euenit*

euenit mihi. Audire. i. auditio mihi conuenit. Legere. i. lectio place mihi. Amare, idest, amor licet mihi. Proficisci, idest, profectio expedit mihi. Dormire. i. dormitio mihi vacat. Constat mihi te insanire. i. insania tua mihi constat. Patet mihi te esse ignorantem. i. ignorantia tua mihi patet, & sic de reliquis huius ordinis si qua sint.

## DE TERTIA IMPERSONALIVM

specie.

**T**ertia impersonalium (inquit Nebriffensis) est eorum verborum quæ ante se construuntur cum accusatiuo, & post se cum infinitiui, qualia sunt, Delectat me audire. Iuuat me cantare. Oportet me docere. Decet me legere. Quæquidem verba personalia sunt, infinitiuumque pro supposito æque habint, ut superiora. Oportet & decet habent tertias personas vtriusque numeri. Cecilius, Vt ea quæ oportuerint facta non sint. Ouidius, Lude decent animos mollia regna tuos, & alibi. Ista decent humeros gestamina nostros. Erasmus, Ingenuos pueros decent inganui mores.

## DE QUARTA IMPERSONALIVM

specie.

**V**erba huius quartæ speciei sunt admodum pauca, & omnia personalia, inquit Antonius esse duntaxat impersonalia quadam forma, quum iunguntur infinitiuis verborum impersonalium proprie sic dictorum, aliàs vero personalia, qualia sunt, Incipit me tædere vitiorum. Desinit vos pudere. Non potest illos penitere. Solet bonos pigere, Debet malos pudere.

DE

Cadab. in quartum

## DE QUINTA IMPERSONALIVM

specie.

Quinta impersonalium verborum species complectitur quinque verba, quae proprie decuntur impersonalia, si ulla sunt, qualia sunt Poenitet, Piget, Pudet, Miseret, atque Tædet. Quae ante se cum accusativo, post se vero cum genitivo, vel infinitivo construuntur, ut, Poenitet me vitæ uel viuere. Piget me parentum. Pudet me matris. Tædet me ciborum, Miseret me pauperum. Vergilius Si non pertesum thalami tædeq; fuisset.

## DE VERBIS IMPERSONALIBVS

passivæ uocis.

Verbam impersonalia passivæ uocis sunt similia tertijs personis passivæ uocis numeri singularis. Et proprie deducuntur a uerbis neutris absolutis quinti ordinis neutrorum, significatq; semper actionem, qualia sunt, Itur, Curritur, Statur, Pugnatur, Certatur, Clamatur, Sedetur, Viuitur, Venitur, Dormitur, Cõteditur & similia, quae oia gaudent ablativo numeri pluralis, ut, Itur ab oibus. Statur a multis in cõcione. Pugnatur, Certatur a pueris de lana caprina. Dormitur a diuitibus in utrâq; aurem. Clamatur a fœminis, & sic de alijs. Si forte ablativus numeri pluralis nõ exprimat in uerbis impersonalibus, subintelligitur, ut, Viuitur hoc pacto. s. ab omnibus. Persius. Nec voto uiuitur vno. s. ab omnibus. Verg. Itur in antiquã syluã. Supple ab oibus. Plin. lib. 17. cap. 23. Adeo excelsitate proficitur. s. ab omnibus arboribus. Quae sententia est cõmunis omnium grãmaticorũ. Ego uero non solũ hæc uerba, quae apud oes impersonalia uocis passivæ dicuntur posse iungi ablativo numeri singularis, sed etiã

signi

sig  
Pl  
cu  
fer  
tur  
rat  
Cre  
Ibi  
pro  
Com  
Sed  
Atr  
a Ca  
lore  
a T  
  
IN  
per  
disti  
differ  
ciunt  
in an  
uero i  
sensu  
us par  
ri, &

significare passionē grauiſſimorū autoritate virorū cōprobabo. Plinius lib. 33. cap. 1. Potuq; succursum, ſ. ab homine ab aspide percusso. Verg. Postquā inter retia uentum, ſubſtitit infremuitq; ferox. Hic de apro ſolo fit comparatio, Ouidius, lam tertia uiuitur ætas, ſ. a Neſtore. Martia. Tota mihi dormitur hyems. Horatius, Magna minor ue foro ſi res certabitur unq;. Linius lib. 8. Creditū vulgo eſt ſubueniri frumentatoribus alegato potuiſſe. Ibidem. Ceſſatū eſt a milite. Cicero Atti. A me ita præcautū, & prouiſū eſt. Idem. Nihil eſt a me inſeruitū temporis cauſa. Idē. Conſuli te a Cæſare ſcribis, ego tibi ab illo cōſuli mallē. Idē Att. Sed eſt quod abs te mihi ignoſci peruelim. Idē pro lege agraria. A tribuno plebis ſepe interceſſum eſt. Tacitus. Trepidabatur a Cæſare. Seneca. Sapienti nocebatur non a paupertate, nō a dolore. Hircius. a Cæſare cauebatur. Gellius lib. 1. Subtiliſſime a Theophrasto diſputatur.

## DE VERBIS INFINITIVIS

INfinitiuus dicitur quia nō habeat determinatos numeros, nec personas, hoc eſt quod careat numeris atq; personis certis, atq; diſtinctis. Quæ definitio quoq; conuenit verbo imperſonali. Sed differunt, ut paulo ſuperius dixi. Quod uerba imperſonalia efficiunt per ſe orationes perfectas, & perfectum ſenſum generātes in animis audientium, ut, Miſeret me tuæ calamitatis. Verba uero infinitiua non faciunt orationes perfectas, nec perfectum ſenſum generantes in animis auditorum, ſine adminiculo alterius partis, ut, Cupio legere Ciceronis opera, Opto cum honore mori, & vitam pro laude paciſci.

*Ad ab. in quartum*

*Infinitiuus capitur septem modis.*

*Primo pro præterito imperfecto. Terentius, Omnes laudare fortunas meas, pro laudabant.*

*Secundo modo pro nomine. Vergilius, Pulchrumq; mori succurrit in armis.*

*Tertio modo pro gerundio substantiuo genitiui. Vergilius, Sed si tãtus amor casus cognoscere nostros, cognoscere p cognoscēdi.*

*Quarto modo pro participio. Verg. Nã me discedere fleuit, pro me discedente.*

*Quinto modo pro gerundio accusatiui vel pro priore supino, ut habetur in sacris literis. Nõ venio soluere legem sed ad implere.*

*Sexto modo pro presenti subiunctiuo modi. Verg. lam pridem illos a me abducere. Testilis orat, idest, ut abducat.*

*Septimo modo pro sua natura, de qua hic agendum est.*

*Infinitiuus est deriuatio uerbi, numeros & personas habens incertas, & indeterminatas, ut amare, legere, docuisse, vidisse.*

*Infinitiuus triplex est, nominalis, verbalis, verus. Nominalis qui ponitur pro nomine, & reperitur in tribus casibus. s. in nominatiuo, accusatiuo, & ablatiuo, in genere neutro.*

*Verbalis quãdo ponitur pro præterito imperfecto Verus siue proprius, qui per se in oratione nunquam ponitur, & ante se ex natura sua habet accusatiuum, & semper determinatur ab alia*

*parie, post se uerò regit casum uerbi a quo descēdit, ut, Me amare Deum optimum est, Te colere Musas, Me misereri innocentis, Te inseruire amicis, Illos uti libertate, Nos amari a Deo, Vos ab amicis coli, Illos a regibus laudari iucundissimum est.*

*Verba infinitiua tripliciter determinantur a nominibus, a verbis,*

bis, a participijs.

Primo modo a nominibus substantiuis, ut, Est mihi mens ire Salmanticam. Fas est loqui, Nefas est dicere, Opus est commutare sedes.

Secundo modo determinantur infinitiua a nominibus adiectiuis ut, Certus ire. Dubius loqui. Nescius mori.

Tertio modo determinantur a uerbis significantibus principium, ut, Pergo incipio legere.

Quarto modo determinantur a uerbis significantibus medium, ut, Soleo, Consuesco dormire septem horas.

Quinto modo a uerbis significantibus finem, ut, Desino, Cesso legere.

Sexto modo determinantur uerba infinitiua a uerbis quinq; sensum, & linguæ, ut, Audio videoq; illum sapere. Dicam referamq; tuis parentibus te recte ualere.

Septimo modo determinantur infinitiua a uerbis animi, ut, Intelligo, Scio, Conijcio, Antumo, Dubito, Reor, Existimo, Auguro, Aduerto, Annaduerto te uirum esse sapientem. Puto, Iudico te non esse desidem.

Octauo modo a uerbis voluntarijs, ut, Cupio, Desidero, Volo, Opto, Debeo, Habeo, Constituo literas ad te mittere.

Non modo uerba infinitiua determinantur a uerbis reciprocris, qualia sunt, Iudicor, Habeor, Dicor, Existimor, Censeor, Credor, Nuncupor, Appellor, Feror, Putor, sed quis sequatur infinitiuus sepe precedit nominatiuus, qui regitur a uerbo reciproco, a quo determinatur infinitiuus. Vergilius. 4. AENEIDOS.

Dicitur ante aras, media inter numina diuum, multa louem ma

D nibus

*Cadab. in quartum.*

nibus supplex orasse supinis. Horatius, Dictus ob hoc lenire tygres, rabidosq; leones. Ouidius. Qui cum uictus erit, mecum certasse feretur, atq; ita de alijs.

Decimo modo determinantur uerba infinitiua a participijs. Vergilius. Cantare pares, & respondere parati. Ouidius. Nec mihi dicere promptum, & alibi, Dido coacta mori. Vergilius in Georgic.. Nec illum prensantem nequicq; umbras, & multa uolentem dicere praeterea uidit.

Undecimo modo determinatur uerba infinitiua, a uerbis impersonalibus, & defectiuis, ut sunt, Interest, Refert, Pudet, Pœnitet, Decet, Oportet. ut, Mea atq; tua interest, atq; refert arripere hinc fugam. Pudet, & pœnitet me uidere te in his regionibus. Decet & oportet adstrictis te prouidere rebus amicorum.

Duodecimo modo determinatur uerba infinitiua ab aduerbijs. Ouidius. Te satis est titulum mortis habere meae.

Tredecimo modo determinantur infinitiua a pronomibus possessiuis, & nominibus etiã possessiuis positis in genere neutro. ut, Nō est meū, nec tuū, nec suū, nec nostrum, nec uestrum diuinare futura. Humanum est peccare, sed diabolicū perseuerare. Meū, tuū, suum, nostrum, uestrum, humanum, diabolicum scilicet opus, uel munus, uel officium, uel consilium.

Quartodecimo modo determinantur infinitiua ab alijs infinitiuis, ut, Ego credo esse utile me uelle profisci. Terentius. Iam ad sese uenias, uidere te ait cupere se. Ouidius. Posse pati uolui, nec me tentasse negabo,

Loquimur per circumloquia infinitiui multifariam, per primū supinū, & infinitiuū ire in uoce actiua, & per idē supinū & uerbum iri

bum iri in voce passiva, ut, Spero me uisū ire Deū. Credo nos auditū ire Verg. atq; Naso. Automo nos factū ire domū amplissimā. Quādo dicimus. Credo Verg. auditū iri a nobis. Autumo domū amplissimā factū iri a nobis. Iri est uerbū passiuū, & significat passionē, & latine dicimus. Spero Deū uisū iri a me. Nō dubito libros lectū iri abs te. Terent. Qui postq̄ audierat vxorē non datum iri filio, datū iri scilicet achremete. Plin. In quibus prodigiosa aliqua, & incredibilia multis uisū iri haud dubito. Hæ uoces amatum ire in actiua, & amatū iri in uoce passiva iunguntur omnibus numeris, personis atq; generibus, quod nemo mediocre doctus ignorat. Circūloquimur idem futurū p̄ participiū futuri in rus, & hoc uerbū esse in actiua, & per participiū futuri in dus, & idē uerbū esse in passiva. ut, Spero me amaturū esse Deū, Et Deū amādū esse a me. Spero nos amatuos esse Deū. Et Deū amandū esse a nobis. Antiquit̄ recte dicebatur, Spero uirgines nupturū uiris, & fœminā pulchrā nupturū tibi. Et credo uiros amādū esse a fœminis. Sed hac loquendi forma iā nō utimur. Circumloquimur etiā præteritū infinitiui modi in uoce passiva, hoc modo Ego certo scio bunc virū amatū fuisse, hanc puellā amatā fuisse, illd̄ animal amatū fuisse. Hos uiros amatos fuisse, has puellas amatas fuisse. Illa animalia amata fuisse. Infinitiuum uerbum plus potest ad significandum q̄ finitum, est enim uerbi declaratiuum, ut Amo significat amare. Torqueo torquere. In numero singulari, & plurali uerbum infinitiuum, infinitum est. Nam cū dico amare, incertum est utrum de uno, an de pluribus loquar.

Infinitiuum uerbum non raro ponitur pronomine, ut, Scire tuū

Cadab. in quartum

nihil est, Pulchrūq; mori succurrat in armis. Sapere tuum nihil est. Viuere nostrum breuissimum est. i. Scientia tua. Pulchra mors. Sapientia tua. Vita nostra.

## SEQUITVR GERVNDIORVM natura.

Gerundiū est deductio uerbi, ac pars orationis declinabilis per casus significationem & constructionem sui uerbi importans in actiua significatione. Gerundiū est duplex, substantiuum & adiectiuum. Gerundium substantiuum quinq; sortitur casus. Nominatiuum, genitiuum, datiuum, accusatiuum, & ablatiuū. Gerundium nominatiui terminatur indum, & semper significat actionem præter uapulandum (nam ueneo non habet gerundium nec participium) Gerundiū nominatiui ante se habet datiuū casum (non pro supposito, sed proprietatis, & ornatus gratia, ut pote ex quo fiat actus gerundi) post se uero gaudet casu uerbi a quo deriuatur, excepto accusatiuo, qui rarissime ponitur cum gerundio nominatiui apud graues autores. Gerundium nominatiui semper inducit necessitatem & exponitur per opus est, uel oportet, uel necesse est, & per infinitiuum uerbi a quo gerundium nominatiui deriuatur, ut, Eundum, Properandū, Moriendum, Nauigandum, Vigilandum, Laborandum, Saltandū, Seruiendum, Certandum, Disputandum. Carendum, Prouidendum, Blandiendum, Viuendum, & similia. Terentius in Eunucho, Hem biduum hic manendum est soli sine ea? Post hac mihi pane secūdo uiuendum est. i. opus est, uel necesse est, uel

opporo

oportet me viuere pane secundo. Carendum nobis est voluptatibus, id est opus est, vel oportet, uel necesse est nos voluptatibus carere. Dormiendum nobis est hac nocte sub dio. i. opus est, vel oportet, vel necesse est nobis dormire sub dio. Quum primum charos salutauero parentes redeundum est mihi Romam. i. opus est, vel necesse est, vel oportet me redire Romam, & sic de alijs. Quod gerundiū adiectiuū nominatiui sit in usu apud autores nō dubiū est. Vergilius. Voluenda dies en attulit vltro. i. quæ voluitur, præsentis temporis est. Lucretius. Glans etiā longo cursu voluenda liquecit. i. cū voluitur. Terent. in Phorm. Herus si redierit, molendum vsq; in pistrino, vapulandum, habenda compedes.

Gerundium genitiui semper significat actionem (exceptis duobus vapulandi, & vehendi, quæ passionem significant) & determinatur gerundia genitiui substantiua a nominibus substantiuis incorporeis, maxime significantibus tempus, causam, voluntatem & modum, vt Hora. Tempus. Facultas. Oportunitas. Occasio. Locus. Amor. Autor. Desiderium. Voluntas. Voluptas. Modus. Mos. Causa. Gratia. Forma. Via. Norma, vsus. Rabies. Facilitas. Autoritas. Ratio. Potestas. Ars. Cura, & similibus, ut, Videndi dulcem patriam incredibili desiderio torqueor noctes ac dies. Si mihi apud reges loquendi facultas detur, facile diuitias comparabo.

Gerundium genitiui quoq; determinatur a nominibus verbalibus finitis in tor, ut. Amator legendi, loquendi formator, dicendi præceptor. Vergilius. 9. Æneidos. Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.

### Cadab. in quartum

Determinatur etiam gerundium genitiui a nominibus adiecti-  
uis scientiam, ignorantiam, cupiditatemq; significantibus, & ab  
alijs, ut sunt, Doctus. Indoctus. Potens. Liber. Peritus. Imperi-  
tus. Certus. Incertus. Cupidus. Timidus. Promptus. Consuetus.  
Auidus. Idoneus. Dignus. Indignus. Par. Impar. Paratus. Sim-  
plex. Docilis. Facilis. Difficilis. Lætus. Aptus. Ineptus. Audax.  
Bonus. Malus. Celer, & similibus. ut, Tempus & hora legendi  
nos a voluptatibus auertunt. Non est mihi apud regem data fa-  
cultas loquendi. Cupidus dicendi. Timidus eundi. Navigandi pe-  
ritus. Imperitus indicandi. & sic de alijs. Hæc nomina frequen-  
ter lunguntur infinitiuis Græcorum more. Vergilius. Et cantas-  
re pars, & respondere parati. Ouidius. Figere doctus erat, sed  
tendere doctior arcus. Statius. Optimus idem condere diuitias.  
Lucanus. Stabilem præbere carinum certior. Hic loquendi mo-  
dus longe lateq; patet apud Latinos.

### DE GERUNDIO DATIVI.

**G**erundium datiuu terminatur in do, ut amando, capitur adli-  
ue, & passiuue, ut, Docendo, para enseñar y ser enseñado, Deter-  
minatur a partibus regentibus datiuum, & a nominibus signifi-  
cantibus facilitatem, vtilitatem, aptitudinem, ut, Facilis, Vtilis,  
Inutilis, Aptus. Ineptus. Do operam, Incumbo, Vaco. Vtimur  
hoc gerundio duobus modis, vno absolute, idest, sine casu, ut, Do  
operam legendo. Altero adiectiuue, ut, Do operam epistolæ compo-  
nendæ. Vaco iuuentuti instituendæ. Cicero duodecimo  
Epistolarum. Quamq; erat nobis dictum, te existimare alicui  
senatus

senatus consulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribēdo, Lamiam affuisse. Plinius lib. 22. cap. 23. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic generando animal. Et eodem cap. Frigidam enim vtilius dari uentri molliendo.

Dubitat Antonius an gerundium datiuī a verbis actiuis & deponentibus tertij ordinis possit construi cum accusatiuo, meo iudicio hoc vnum obstat, quod autores nou utuntur eo cum accusatiuo, quum gerundium adiectiuū datiuī passim reperiatur apud eruditos.

Gerundium accusatiui a verbis Actiuis & Deponentibus tertij ordinis, significat actionem & passionem, & iungitur his prepositionibus Ad. Ob. Propter. Inter. Ante. ut Ad docendum aliorū discipulos relicta dulci patria Compostellam ueni. Ob numerandum alienas pecunias, penitus mearum sum rerum oblitus. Propter legendum Ciceronianos libros huc me contuli. Quando dicimus, Ante cenādū, Inter pugnandū, gerundiū ponitur absolute. Gerundium accusatiui a verbis Actiuis, & Deponentibus constructur cum accusatiuo, ut, Ego ueni ad legendū flores, tu uero ad consolandum amicos. Per adiectiuum sic loquimur, Ego ueni ad legendos flores, tu uero ad consolandos amicos.

Gerundium ablatiuī verborum Actiuorum, atq; Deponentiū eodem modo, ut, Pueri audiendo poetas, & sequendo preceptores longos in literis faciunt progressus. Per adiectiu sic loquendū est Pueri in audiendis poetis, & in sequendis atq; imitandis preceptoribus longos in literis faciunt progressus.

Gerundium substantiuum ablatiuī a verbis actiuis, & deponentibus

Cadab. in quartum

tibus actionem & passionem significat. Vergilius in *Buc. An*  
mibi cantando victus non redderet ille? i. dum cātamus. Et alibi  
Causando nostros in longum ducis amores. i. causas nectens.  
Ovidius. Vos modo uenando, modo rus Geniale colēdo. Idem ali  
bi. Id quoq; luclando, rupi tamē ante capillos. i. cum luclaremur.  
Vergi. Ille tantum prodire volando. Idem. Fingitq; premēdo.  
Idem. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. i. dum can  
tatur. Idē. Alitur uitium, crescitq; tegendo. i. dum tegitur. Idē.  
Vritq; uidendo fœmina. i. dum videtur. Quinti. Memoria excolē  
do augetur. i. dum excolitur. Verg. 12. *AENEIDOS*. Exuperat ma  
gis, egrescitq; medendo i. dum medicina adhibetur. Plautus in  
*Aulula*. Pro vapulādo. Hercle ego mercedē petam. Quando ge  
rundium substantiuum ablatiui significat passionem rarissime  
iungitur præpositioni. Idem quoq; gerundium ablatiui, tam sub  
stantiuum quam adiectiuum per q̄ raro adiungitur verbis sig  
nificantibus motum ad locum, elegantius enim dixeris uenio ad.  
disputatione, quam a disputando.

Gerundia adiectiua ( quæ duntaxat deducuntur a verbis acti  
uis, & deponentibus tertij ordinis ) semper significant passio  
nem, ut, Est mihi cura puerorum instituendorum. Sumendi  
prandij hora est. Eo ad docendos pueros, atq; propter legen  
das rosas. Medica mala corporibus seruandis apta sunt. Lapa  
thus est utilis commendando balitui. In laueribus legendis toto  
die demoratus est Sempronius. In euoluendis autoribus volup  
tatem capit studiosus. Omne gerundium passiuè sumptū  
respuit omnem casum absq; ulla exceptione.

Gerundia genitiui, datiu, accusatiui, & ablatiui ante se non  
regunt

regunt casum, & illas orationes, In conuertendo dominus captiuitatem Syon. In deficiendo ex me sp̄m meum, In conneniendo populus in unum, conuertimus per subiunctiuū modum, aut per ablatiuum absolutum hoc modo. Cum conuerteret dominus captiuitatem Syon, vel, Conuertente domino captiuitatem Syon. Cum deficeret ex me spiritus meus, uel, Deficiente ex me spiritu meo, & sic de alijs.

Gerundia substantiua uerborum neutrorum & deponentium, quæ non construuntur cū accusatiuo, significant actionem tantū, ut, Seruendi, seruiendo, seruiendum. Carendi, carendo, carendum. Miserendi, miserendo, miserendum. Blandiendi, blandiendo, blandiendum, & similia, quæ omnia significāt actiue, præter uapulandi, uapulando, uapulandum, quæ passionem significant.

Verba neutra, atq; deponentia quæ non construuntur cum accusatiuo, non habent gerundia adiectiua.

Hæc vox in dus, da dum finita, potest esse gerundium, participium, atq; nomen. Quando est gerundium significat habitum, siue rei administrationem, sine tempore saltem ad futurum determinato, & resoluitur in gerundium substantiuum, ut, Est mihi cura iuris dicundi, idest, ad dicendum ius. Delector iure dicundo idest, decendo ius.

Quando est participium significat tempus futurū sine rei administratione, ut, Causa est mihi oranda, idest, orabitur a me. Liber mihi legendus, idest, legetur a me.

Quando hæc vox in dus, da, dum est nomē, exponitur p̄ dignus digna, dignum. Puer admirandus, atq; miserandus, idest admiratione,

Cadab. in quartum

ratione, & miseratione dignus. Unde colligitur amandus, amanda, amandum posse fieri gerundium, participium, atq; nomen, ut Puer amandus qui amatur, gerundium est. Puer amandus, qui amabitur, participium est. Puer amādus, idest, amore dignus, nomen est. Gerundia adiectiua accusatiui non iunguntur prepositionibus his Ad. Propter. Inter. Ante Ob. cum verbis. Loco Conduco. Mando, Curo. Habeo, pro Debeo. ut, Ego locabo hominem faciendum sepulchrum.

DE GERUNDIO GENITIVI

numeri singularis cum genitio numeri pluralis elegantia.

Quum apud Latinos gerundij adiectiui genitui pluralis numeri sonus durus esse videretur, suauior, elegantior, necnō venustior loquēdi formula a lingua latinae principibus adinuēta est. Nā pro eo quod dicebatur, Tēpus est legendorū librorū & recipendarū pecuniarū, ducendarū vxorū, colligendarū rosarū gratia huc venimus. Ducendorū puerorū, videndorū amicorū, & colendorū agrorū causa huc me contuli, multo elegantius, venustiusq; dicitur apud eruditos. Tēpus est legendi librorū, & recipiendi pecuniarū. Ducendi vxorū & colendi agrorū causa huc aduēti sumus. Docendi puerorū, & videndi amicorū gratia huc enavigaui. Colligendi rosarū me voluptas tenet. Hoc doctissimorum virorū autoritate sic probatur. Cicero. 2. inuent. Fuit exēplorū eligendi potestas. Idem. 2. Philip. Antonio facultas detur vrbis, agrorum suis latronibus condonandi. Cicero. 2. Diuinationum.

Dolebis

Dolebis tamen Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatē dedisse. Idem. s. Finium. Aut eorum, quæ secundum naturā sunt, adipiscendi. Idem de vniuers. Reliquorum siderum quæ causa collocandi fuerit, quæq; eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est. Suetonius in Aug. Permissa iocandi licentia diripiendiq; pomorum, & obsoniorum, & missilium. Plaut. Cap. Nominandi tibi istorum magis erit quam eduudi copia. Cesar. 4. Gall. Venerunt sui purgandi causa. Ibidem. Sui liberandi facultas daretur. Liuius lib. 21. Non enim vereor, ne quis hoc me vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet. Plinius in Epistolis. Cum illorum videndi gratia me in forum cōtulissē. Terentius in prologo Heaut. Date crescendi copiam, nouarū qui spectandi faciunt copiam. Qui locus Ant. Nebrissensē. Budeum atq; alios aliquando distorsit, quos disunctio decepit. Sensus est. Date copiam crescendi scilicet poetis illis. i. ut crescant poete, qui faciunt uobis copiam spectandi nouarum scilicet comædiarum.

## DE VERBIS SUPINIS.

**S**upinum est deductio verbi, vel pars orationis significatio nem, & constructionem sui verbi importans, in actiua significatione. Supinum est duplex. s. prius & posterius. Prius supinum semper significat actionē, & iungitur verbis significatibus motū corporis vel animi, ut, Eo vado. Profiscor. Discedo. Decedo. Pertrāseo. Traycio. Traduco. Admitto, & similia, ut,  
Et eove.

Cadab. in quartum

Et eo venatum ceruos. Vado proficiscor auditum. Pertranseo lectum. Dabo filiam natu minorem nuptum. Venumdabo seruos nequam. Eo vapulatum. Horatius, Spectatū admisi risum teneatis amici? Plautus in Mercatore. Eum reduxi domum, nam ibat exulatum. Terentius. Quid agis, cur te is perditum? Vergilius, Venatum Aeneas vnaq; miserrima Dido in nemus ire parant. Vergilius alibi. Venimus huc lapsis quaesitum oracula rebus. Et alibi. Huic ipsi potum uenient per prata iuueci. Salustius. Legatos inquit ad Iugurtham de iniurijs quaestum misit. Et alibi. Non mea culpa ad uos oratum Mitto. Plautus in Aulularia. Coctum ego, non vapulatum dudum conductus sum. Et alibi. Certum est exulatum hinc ire me.

Duo duntaxat supina priora significant passionem, scilicet. Vapulatum, & venum. Sunt qui addant exulatum, atq; nutū, quod ego inficior. Nam Exulo est quinti ordinis neutrorum, Nubo uero secundae. Exulat meus patronus, idest, in exilio est. Nupsit Cornelia Petro, idest, Contraxit nuptias Cornelia cum Petro. Hoc Liuius testatur quum dixit. Primo Pomeriam venit exulatum, idest, ut esset in exilio.

Posterius supinum semper significat passionem, iungiturq; nominibus adiectiuis, non tanq̄ substantiuum, sed tanq̄ uerbum infinitum, regiturq; ab eo, ut, Res horrenda dictu, idest, ut dicatur. Miserabile visu, idest, ut videatur. Scelera tua profecto non sūt digna relatu, idest, ut referantur Vergilius. Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli. Et alibi. Subitum, ac dictu mirabile monstru. Et in primo Aeneid. In breuia & Syrtes vrget, miserabile visu. Exponiturq; seper p̄ praesēs subiunctiui moi passiuæ uocis.

Quino

Quintilianus. Ecce honesta susceptu, maiora intellectu, optimū factu. De quibus apud autores exempla passim reperiuntur.

Longitur etiam cum his duobus nominibus substantiuis, generis neutris, Fas, & nefas. Cicero quinto Tusculanarum. Sed hoc fas est dictu. Macrobius lib. 3. Quod dictu nefas est. Hæc tamen duo nomina licet voce sint substantiua, significatione omnino sūt adiectiua.

Sūt quædam nomina verbalia finita in us quarte declinationis, quæ in ablatiuo sunt posterioribus supinis similia, quæ a supinis distinguuntur ex adiunctis. Nam iunguntur præpositioni, & adiectiuo, atq; regunt casum, ut. Cicero decessit ex magno gubernatu reipublicæ. Nemo miretur quòd dixerim prius, atq; posteriorius supinum. Nam primum, & ultimum supinum non dicitur latine. Non est enim locus superlatiuo inter duo semper.

## DE PARTICIPIIS.

Participium est pars orationis declinabiles per casus cum tempore significatione, & constructionem verbi a quo deriuatur importans. Participium dicitur a pars partis, & capio quia partem capit a nomine, partem a verbo, partem ab utroq;. A nomine capit declinationem, numerum, genus, & personam. A verbo tempus, significationem, & constructionem.

Participiū inuentū est, ut plures actiones vni uerbo attribuerentur, atq; ut orationes breuiores, & elegantiores efficerentur.

Terminationes participiorum octo sunt in ans, ut amans, in ens, ut docens, in rus amaturus, indus amandus, intus amatus, in sus, per.

Cadab. in quartum.

per mensus, in xus, amplexus, in uis, mortuus.

Omnia participia construuntur cum casibus verborum a quibus descendunt, dummodo participia sint.

Participia verborum actiuorum significant actionem, participia passiuorum passionem, ut, Amans, amaturus, amatus, amandus. Legens, lecturus, lectus, legendus.

Participia uerborum neutrorum sunt duo, & significant actionem, ut, Seruiens, seruiturus. Haerens, haesurus. Doleo habet tria participia, Dolens, doliturus, dolendus. Vigilo tria quoque sortitur participia, Vigilans, vigilaturus, vigilatus. Regno habet, Regnans, regnaturus, & regnatus. Audeo habet tria participia quoque, Audens, ausurus, ausus, atque etiam Gaudeo, Gaudens, gauisurus, gauisus. Careo, & praetereo ex neutris habent quatuor participia in utraque significatione, ut actiua uerba, quae sunt, Carens, cariturus, cassus, & carendus. Praeteriens, praeteriturus, praeteritus, & praetereundus, de quibus apud autores exempla reperies. Sunt qui dicant praetereo uerbum esse actiuum per compositionem.

Verba deponentia tertij ordinis quae cum accusatiuo construuntur, habent quatuor participia, ut, Sequens, secuturus, secutus, sequendus. Imitans, imitaturus, imitatus, & imitandus. Quorum tria priora significant actionem, Posterius uero passionem.

Quod etiam intelligendum est de uerbis, quae a grammaticis trivialis falso communia dicuntur, a me uero deponentia tertij ordinis.

Reliqua uero deponentia quae non construuntur cum accusatiuo sortiuntur tria participia actionem significantia, ut, Recordans, recordaturus, recordatus, Blandiens, blanditurus, blanditus,

tus,

tus, Fungens, functurus, functus. Nascens, nasciturus, natus.  
Vtor habet quatuor participia more deponentium tertij ordinis.  
Utens, vsurus, usus, & utendus, ut, Non censeo hos libros mihi  
post hac esse vtendos, idest in usu habendos.

Participia prateriti verborum deponentium aliquando reperiuntur  
in significatione passiva, ut paulo superius retulimus.

Participia oia iunguntur nominibus substantiuis sicut adiectiua,  
& transeunt in vim nominis quinq; modis.

Primo modo amissa constructione, ut, amans vxoris, negligens  
amicorum, patiens laborum.

Secundo modo temporis amissione. Ouidius. Militat omnis  
amans, & habet sua castra Cupido, Pontice crede mihi, militat  
omnis amans. idest amator.

Tertio modo comparatione, ut, Amans, amantior, amantiſſimus.  
Doctus, doctior, doctiſſimus. Diligēs, diligentior, diligētīſſimus.

Quarto modo cōpositione, ut, innocēs, indoctus, infectus, inuictus.

Quinto modo significationis amissione, ut, Beatus, idest diues.  
Diligens, idest solers. Promptus, idest paratus.

Participia in dus non recipiunt comparationem, nec decitur satis  
latine, reuerendiſſimus, colendiſſimus, obseruandiſſimus, sed  
admodum reuerendus, per q̄ colendus, plurimum obseruandus, &  
sic de alijs huiusmodi.

**MVLT A.** nomina participialia a nominibus deriuata similia  
sunt participijs uocis passivae, & ob id participalia dicta a participiorum  
similitudine, quae ornatū, habitūq; significant, qualia  
sunt quae sequuntur.

	<i>Cadab. in quartum</i>	
<i>Galcatus.a.um.</i>	<i>Barbatus.a.um.</i>	<i>Brachatus.a.um.</i>
<i>Petatus.a.um.</i>	<i>Dentatus.a.um.</i>	<i>Falcatus.a.um.</i>
<i>Peltatus.a.um.</i>	<i>Muricatus.a.um.</i>	<i>Thoracatus.a.um.</i>
<i>Lunatus.a.um.</i>	<i>Turritus.a.um.</i>	<i>Capillatus.a.um.</i>
<i>Palliatus.a.um.</i>	<i>Ferratus.a.um.</i>	<i>Alatus.a.um.</i>
<i>Crinitus.a.um.</i>	<i>Peronatus.a.um.</i>	<i>Cirratus.a.um.</i>
<i>Tunicatus.a.um.</i>	<i>Pileatus.a.um.</i>	<i>Trabeatus.a.um.</i>
<i>Loricatus.a.um.</i>	<i>Manicatus.a.um.</i>	<i>Annulatus.a.um.</i>
<i>Laruatus.a.um.</i>	<i>Caligatus.a.um.</i>	<i>&amp; similia huiusmōi.</i>

## DE TEMPORIBVS participiorum.

**Q**uod participia cuiuscumq; temporis, omnium temporum significationes habeant, ex doctissimorum uirorum usu & auctoritate sic comprobatur.

## DE PARTICIPIO præsentis.

**T**ERENT. Sed postquam amans accessit præcium pollicus. i. accessit & pollicitus fuit. Idem. Vitro ad eam venies, indicans te amare. i. venies, & iudicabis. Cicero. De prouincia decedens quæstorem Cælium præposui prouinciae. i. Quum decere uellem. Plautus. Amphitruo cum uxore modo ex hostibus adueniens uoluptatem capit. i. Postquam aduenit. Nam in itinere voluptatem cum uxore non capiebat. Terentius in Phorm.  
Offendi

Offendi adueniens qui cum volebam collocatā filiam. i. post quā adueni Plin. lib. 21. cap. 23. Inde eductum ē custodia bibere iussit illico expirantem. i. qui statim expirauit. Idem lib. 8. Tunc apri inter se dimicant, indurantes atritu arborum costas. i. post quā indurauere, nam dimicādo non indurant. Verg. Turnum fugientē hęc terra videbit. i. cum fugiet.

## EE PARTICIPIO

futuris in rus.



**A** Maturus in præsenti. Vergilius. Nec moritura tenet crudeli funere Dido Idē. Testatur moritura Deos. i. moriens, Seneca Epistola nona. Ingeniosus ille vir fuit magnum eloquentiæ Romanæ daturus exemplum, nisi eneruasset felicitas. i. qui dedisset Plinius lib. 3 Epist. Librum, quo nuper optimo principi gratias egi, missi exigenti tibi, missurus etiam, si non exigisses. i. quem misissem. Cice. Phil. 4. Non sine exitio nostro futurum. Antonij redditum fuisse. i. fuisset. Idem Fin. 5. Ne manum quidem versuros fuisse. i. vertissent, aut verterent. Quæ si valla noster animaduertisset, non negaret lib. 1 cap. 26. duo futura coniungi posse. Martia. Mergite me fluctus, cum redditurus ero. Cicero Rhet Demonstraturi erimus. Idem in Oratore. Erit aucturus. Ouidi. Tu procul absenti cura futurus eris. Metam. 13. Si quis forte Deum doliturus erit. Propertius Et si quid doliturus eris, sim testibus illis.

## DE PARTICIPIO PRÆTERITI

passiue vocis.

E

Quod

*Cadab. m. quartum.*

**Q**uod participium præteriti vocis passivæ tria tēpora signet facile apparet, quū iūgitur alijs verbis, ut Iussus feci, iussus facio, iussus non faciam. Cicero. Trebat. Cum ille tardior tibi erit visus perferto. Ibidem Gratissimū igitur mihi feceris, si ad eam ultro venias, eiq; pollicitus eris. Juven. Converso pollice vulgi quemlibet occidunt. i. Cum pollicem conuertunt. Cæsar primo Gall. Non est sine periculo legionis delectæ commissum cū equitatu prælium, fore videbat. i. quod cōmitti posset. Plin. lib. 2. Lacus ad margines plenus, nec exhaustis aquis minuitur, nec infusus augetur. i. si exhauriantur, siue infundantur. Idem. Anisum strangulationes vulvæ, si manducetur, sedat, & mox. Portulaca alias manducata refrigerat intestina. Potuisset in utraq; parte uti participio vel verbo.

**DE PARTICIPIO  
futuri in dus.**

**Q**uod participium futuri in dus quoq; ad tempus præsens, præteritum, atq; futurum referatur, nulli dubium est. Ovidius Sed mihi tūc metuendus erat. Iuue. Provida Pompeio dederat Campania febres optādas. i. quas optare debuerat. Cicero Sed res multis querelis de republica interponendis transacta est. i. quæ fuerunt interpositæ. Plinius. Abstinni a causis agendis.

**Q**uoniam de nominis constructione dicturus sum. Nominum differentias, derivationes, subiectasq; nomini species annotare  
prius

*Ant. lib. paraphras.*

*prius, non erit a nostro instituto alienum.*

*Deriuatiuorū nominum differentie sunt nouem, Patronymicū, Possessiuum, Diminutiuum, Denominatiuum, Comparatiuum, Superlatiuum, Verbale, Participiale, Aduerbiale.*

*Patronymicum, vt Priamides, Hectorides, Thesides.*

*Possessiuum, vt Cœlestis, Ligneus, Puerilis, Senilis.*

*Diminutiuum, vt Puerulus, Homuncio, Sororcula, Misellus.*

*Denominatiuum, Vt Iustitia, Prudentia, Fortitudo.*

*Comparatiuum, vt Prudentior, & prudentius, Iustior, & iustus, Melior, & melius, Velocior, & velocius.*

*Superlatiuum, vt Sanctissimus, a, um. Purissimus, a, um. Fortissimus, a, um,*

*Verbale, vt Amabilis, & amabile. Durabilis, & durable. Olfactus, Cursor, Venator, Expultrix, Iactura.*

*Participiale, vt Nominatiuus, Superlatiuus, Comparatiuus.*

*Aduerbiale, vt Perendinus, a, um. Crastinus, a, um. á Perendie & Cras. Serotinus, á Sero.*

*Ultra deriuatiuorum nominum differentias, quæ vt diximus nouem sunt, inueniuntur & alie, quas Græci subiectas nomini species vocant. s. Nomen proprium, Appellatiuum, Epitheton, Correlatiuum, Ad aliquid, Quasi ad aliquid dictum, Equiuocū Vniuocum, Dionymon, Eponymum, Gentile, Interrogatiuum, Pheronymum, Infinitum. Relatiuum, Collectiuum, Partitiuum, Comprehensiuum, Factitiuum, Generale, Speciale, Ordinale, Numerale, Materiale, Absolutum, Chronicon, Topicon.*

*Propriū, vt Petrus, Antoni<sup>9</sup>, Rodericus, Aeneas. Et est, quod propria cuiusq; rei substantiā & qualitatem significat, & est vni<sup>9</sup>*

*Ad adab. in quartum.*

*tantum generis masculini, siue fœminini, ut Plato Penelope.  
Nomen appellatiuum est, quod communem substantiam, & qua-  
litatem significat, ut Hic, hæc Homo. Mulier. Aqua. Terra.  
Miluus. Lepus. Princeps.*

*Epitheton, quod in proprijs, vel appellatiuis æquiuoce positū lau-  
dem, aut vituperium, aut differentiam importat, trifariamq; ac-  
cipitur ab animo, a corpore, & ab his quæ extra sunt, vt Mode-  
stus, Immodestus, Velox, Tardus, Diues, Pauper.*

*Ad aliquid seu correlatiuum, quod aliquid refert, ita quidem vt  
sine eo nec ipsū consistere possit, vt Pater & filius. Dñs & ser-  
uus. Quasi ad aliquid dictum, vt Mors & vita. Dies, & nox.*

*Æquiuocum, quod æquiuoce ponitur in proprijs, vt Ajax Tela-  
monius. Ajax Oileus, Mus marinus, Mus terrestris.*

*Vniuocum, quod diuersis nominibus idem significat, vt Ensis.  
Mucro, Culter, Gladius, Spatha.*

*Dionymum quum duo propria nomina alicui imponuntur, vt  
Paris, & Alexander. Scamandros & Xanthos.*

*Pheronymon, quod à Prisciano agnomen appellatur, quod ab ali-  
quo euentu siue accidente, alicui solet imponi, vt Tisamenos, vl-  
tor, Megapenthes, magnus luctus.*

*Synonymon, quando plura nomina significant idem, vt Studiū  
Gymnasium. Literarum ludus, Academia, Schola.*

*Eponymon, quod proprio nomini in vna, & eadem substantia,  
tanq̃ proprium eius adiectiuum iungitur, vt Phœbus, Apollo.*

*Gentile, quod gentem significat, vt Phryx, à Phrygia.*

*Interrogatiuum, quod Percontatiuum dicitur, vt Quis? Quid?  
Qualis? Quale? Cuius?*

*Infinitum*

*Infiniū interrogatiuo cōtrariū, ut, Qualis, & quale, quod, quid.*

*Relatiuum, quod similitudinem significat, ut, Talis, Qualis.*

*Tantus, Quantus.*

*Collectiuum, quod in singulari numero multitudinē significat, ut, Populus, Turba. Gens. Pars.*

*Partitiuum, seu diuiduum, ut, Alter. Vterq;. Alius. Quilibet.*

*Facilitiuum quod a proprietate sonorum per imitationem dicitur, ut, Clangor tubarum. Bos. Rana. Taratantara.*

*Generale, quod in plures species diuidi pōt, ut, Animal. Planta.*

*Ordinale, quod ordinem significat, ut, Primus, a, um. Secundus, a, um. Tertius, Tertia, Tertium.*

*Numerale quod numerū signat, ut, Vnus, i, um. Duo, duæ, duo. Tres, & tria.*

*Materiale, quod de alicuius substantia participat, ut, Igneus. Quernus. Colurnus. Adamantinus. Argenteus.*

*Absolutum, quod per se intelligitur, nec ab alio pēdet, ut, Deus. Doctrina. Sophia. Logos.*

*Chronicū quod tempus ostendit, ut, Hora. Dies. Mensis. Annus.*

*Topicon, quod locum significat, ut, Propinquus.*

## DE CONSTRUCTIONE

*nominum.*

**N**omina significantia habitum, siue priuationem construuntur cum genitiuo, qualia sūt nomina adiectiua certæ cuiusdam significationis, ut,

*Integer. Purus. Præceptus. Prodigus. Dubius. Tenax. Cupidus. Emulus. Auidus. Certus. Consciens. Inscius. Nescius. Præsciens. Ignarus. Inops. Maturus. Prosper. Reus. Seruus.*

E 3 Secu-

Cadab. in quartum

Securrus. Vanus. Amēs. Vecors. Memor, ut Integer vitæ. Sceleris purus. Præceps animi. Prodigus vitæ. Dubius itineris. Propositi tenax. Cupidus honoris. Emulus laudis. Auidus pugnae. Certus erudi. Consciens facti. Insciens æui. Præsciens uēturi. Nesciens veri. Omnium rerum ignarus. Inops animi. Memor matris. Maturus æui. Lætus laborum atq; similia huiuscemodi.

Eiusdem naturæ sunt nomina quedam participiorum habentia formam, qualia sunt. Patiens laboris. Negligens amicorum. Amans vxoris. Fugitans litium. Appetens alieni. Profusus sui. Victus animi. Expertus belli. Doctus grammaticæ.

Nomen generale cum suo speciali ponitur in eodem casu, sine coniunctione, ut, Fluius Tagus. Arbor Laurus. Vrbs Roma. Mensis Augustus. Fons Arcthusa. Insula Sicilia. Mons Athos. & sic de alijs.

Nomina verbalia masculina quæ formantur a posteriore supino, u, mutata in or, & fœminina, quæ formantur a masculinis, tor in trix, quoq; construuntur cum genitiuo, ut, Virtutis amator. Nemorūcultor. Doctor gentiū. Vitiorum expltrix. Puellarum doctrix. Victrix laborum.

De comparatiuis, & superlatiuis suo loco dicā, nunc de reliquis nominibus, quæ cum casibus quoq; construuntur.

Sunt nomina præterea adiectiua significantia propinquitatem, repugnantiam, vel contrarietatem, quæ construuntur cum genitiuo, vel datiuo, qualia sunt. Fidus regis, vel regi. Propinquus Cæsaris, vel Cæsari. Proximus Tully, vel Tullio. Amicus Antoni, vel Antonio. Pugnax, conterminus, contrarius mihi. Similis patris in moribus. Similis patri, in corporis figura, teste Diomede

gramma

*grammatico.*

o Nonnulla nomina adiectiua construuntur cum genitiuo, vel ablatiua, ut, *Diues agrorum, vel agris. Vacuus cerebri, vel cerebro. Plenus rimarum, vel rimis. Dignus honoris, vel honore. Fertilis auri, vel auro, & similia*

*Alia iunguntur datiuo, qualia sunt, Facilis. Difficilis. Charus. Incundus omnibus. Placidus. Benignus. Mitis. Mansuetus. Molestus. Grauis. Blandus amicis, & similia, ut. Aptus bello. Idoneus paci. Quibus adduntur verbalia in bilis, ut Amabilis cunctis. Visibilis nulli. Laudabilis omuibus.*

Complura nomina adiectiua per synedochem possunt construi cum accusatiua, quod poetis permissum est. *Vergi. Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes. Et Idem in eodem lib. Os, humerosq; Deo similis. Verg. in tertio Aeneidos. Consertum tegmen spinis, at cætera Graius. De qua figura in regimine casuum satis abunde dictum est. Oratores dicunt. Nudus pedibus. Humeris, atq; ore Deo similis, & cæteris Graius. Aliqñ loquuntur per accusatiuum poetarum more. Pli. grauis autor lib. 12. Et est terebintbo similis cætera.*

Nomina cardinalia, & ordinalia construuntur cum ablatiua prepositionis ab, vel a, qualia sunt. *Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus. ut. Quartus ab Hercule. Quintus a Ioue. Septimus ab Alexandro. & sic de alijs. Quibus adiunguntur alia, qualia sunt. Alius. Alienus. Diuersus. Oriundus, & similia. ut, Alius ab humanitate. Alienus a crimine. Diuersus a vitijs. Oriundus Græcis.*

Sunt etiam alia nomina quæ construuntur cum ablatiua, sine septimo casu, ut *Hic vir est singularis ingenio.*

*E 4 Præcellens*

Cadab. in quartum

Præcellens virtute. Insignis pietate. Bello & pace potens. Clarus bellica virtute. Quæ orationes quatuor modis efferuntur, ut, Vir clarus ingenio, vir claro ingenio, vir clarus ingenij, vir clari ingenij, & sic de alijs.

Ablatiuus, siue effectiuus absolutus eleganter fit quatuor modis. Primo modo per duo nomina substantiua, ut, Rege Sebastiano iustitia vigebit. Secundo modo per nomen, & pronomen, ut,

Me iudice, & te duce, erunt omnia bene. Tertio modo per nomen, & participium, ut, Præsidente iubente, latrones vapulabunt. Quarto modo per nomen, & participium, ut, Me docente, & te audiente, gaudebit pater tuus.

Quoq; fit ablatiuus, seu effectiuus absolutus, per participium vocis passivæ in genere neutro, ut, Dicto. Excepto, ut, Dicto de bello Gallico, dicemus de bello Hispanico. Persius Satyra quinta. Excepto si quid Masuri rubrica notavit.

Per participia verborum exceptæ actionis loquuntur nonnulli hoc modo. Tonante. Fulgurante. Ningente. Pluente. Serenante. Fulminante. scilicet Deo, vel natura, intrauimus urbem.

Pro eo quod barbare dicitur, Oculo ad oculum. Facie ad faciem iusti videbunt Deum. Dicunt qui de lingua latina bene meriti sunt. Præsentes præsentem Deum videbunt iusti. Quod barbare dicitur. Patrem meum oculo ad oculum, & facie ad faciem salutabis. Dicitur latine. Patrem meum præsetem pñs salutabis.

& sic de alijs.

Quisq; iungitur superlatiuo, & posponitur sæper, ut, Sapientissimus quisq; miris laudibus Lusitanæ reges ad astra tollit. Aliquando superlatiuum ponitur in genitiuo, vel ablatiuo, quisq; ve-

ro in nominatiuo, ut, Fortissimi quisq; animi, mortē haud timet,  
 vel sic, Fortissimo quisq; animo, diuitias spernit, vel sic, Ab inge-  
 niosissimo quoq; laudari pulchrum est. Iungitur aliquando nomi-  
 nibus positivis, quæ non formant ex se cōparatiuum, nec super-  
 latiuum, qualia sunt. Exiguus. Summus. Ingens. Egregius. Ardu-  
 us. Ingenuus, & similia, ut, Arduus quisq; mons fontibus abun-  
 dat. Ingenuus quisq; natura placabilis est, & sic de alijs.  
 Quis quoq; iungitur superlativis, ut, Quid optimum factu sit,  
 non ignorat prudentissimus quisq;.  
 Iungitur etiam quisq; cū hoc nomine ordinali quotus, sed semper  
 interrogatiue. Cice. p. Ligario. Quotus enim quisq; istud fecisset?

## DE ADVERBIIIS

in um, &amp; o.

**A**duerbia in um, qualia sunt, Tantū, quantū, aliquantum, ali-  
 quantulū, multum, paulum, parū iunguntur positivis, ut Tātū  
 doctus, quantus facetus. Tantum facilis, quātum generosus. Tā-  
 tū humanus, quantum potens. Verg. O præstans animi iuuenis,  
 quatū ipse feroci virtute exuperas, tanto me impensius æquum  
 est consulere. Quanti. Quorum concentus tanto vehementior,  
 quantum Romana in bellis gloria cæteris præstat.

Aduerbia in o, qualia sunt, Tanto, quanto, multo, aliquantulo,  
 paulo, Hòc, èo, quo, & si qua sunt, iunguntur comparatiuis ac  
 superlativis. Cicero. Quanto es maior, tanto te geras summissius.  
 Catullus. Tanto pessimus omnium poeta, quanto tu optimus om-  
 nium patronus. Ouid. Quoq; magis tegitur, tanto magis  
 aestuat

Cadab. in quartum

estuat ignis. Et alibi. Quoq; magis doleas.

Ad vim comparatiuorum proxime accedunt illa aduerbia, *Ante*, & *Post*, ut; *Tanto ego ante te veni, quanto tu post me venisti*, & illud nomen. *Alius, alia, aliud, atq; sum aduerbiū aliter.* Terentius, *Alium censes nunc me, atq; olim, cum dabam?* Et alibi. *Verum aliter euenire multo intelligit.* Ouidius. *Non aliter titubat, q̄ si mera vina bibisset.* Quintilianus. *At quanto alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus, quam naturam quoq; Secus habet.* Virgilius. *Non secus ac iussi faciunt.* Cicero. *Multo secus euenit, Tā et q̄ positiuus, comparatiuus atq; superlatiuus iunguntur.* Vergilius *Tam magis illa fremēs, & tristibus effera flāmis, q̄ magis effuso crudescunt sanguine pugnae. Tā virtutis amantior, q̄ doctior esse solet.* Salustius. *Quam quisq; pessime fecit, tā maxime tutus est.* Aliquanto, & paulo non iunguntur superlatiuus. Hoc verbum praestat, quod vim habet comparatiui, iungitur his aduerbis tanto, quanto, aliquanto, multo. Salustius. *Multo praestat beneficij, q̄ maleficij memorem esse.* Per iungitur positiuo, ut, *Perdoctus. Peruigil. Pernox. Pertinax.* Quam iungitur superlatiuo, ut, *Quam optimus, q̄ piētissimus, q̄ studiosissimus.* Per q̄ iungitur positiuo, ut, *Per q̄ bonus, per q̄ iucundus, per q̄ doctus.* Per aliquando iungitur superlatiuo, sed per q̄ raro. Cice. *Nosti vt oblatrantis morsus inuidiae per facillime ferat.* Pli. *Itaq; p plurimū refert vnde veniāt fulmina.* Heu iungitur tribus casibus, nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo, de quibus vbiq; occurrunt exempla. Heu quando est interiectio dolentis iungitur accusatiuo pronominis. Terenti. *Heu me miseram.* Quando est interiectio exprobantis, iungitur cum no-

mine

mine. Heu stirpem inuisam. Plinius. Heu dementiam existimatum se ab his initijs ad superbiam genitos. Heu aliquando geminatur, & ponitur sine casu. Vergilius. Heu heu quam pinguima cer est mihi taurus in eruo. Plautus in Pseud. Heu heu, quam ego malis modis perdidit, quod tibi detuli.

Pro, vel Prob, est interiectio admirantis, dolentis, ac indignantis, quæ nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo quoque iungitur.

Terentius in Adelphis. Pro dij immortales, facinus indignum quod narras? Idem, in He aut. Pro deum atque hominum fidem.

Plautus. Prob sancte Iuppiter, quid video?

O tribus casibus adhæret, scilicet nominatiuo, vocatiuo, & accusatiuo. De nominatiuo. Lucan. in. 2. Degener o populus, vix secula longa deorum. Persius Satyra. i. vos o patricius sanguis, quos viuere fas est. De vocatiuo. Vergilius. i. Aeneidos. O regina noua cui condere Iuppiter urbem. Terentius. O frater frater quid ego te nunc laudem? Ouid. O soror, o coniux, o femina sola superstes. O quando iungitur accusatiuo a plerisque dicitur interiectio dolentis, & exclamantis: Terentius. O audaciam, etiam me vltro accusatum venit? O me miserum, O me infelicem. Verg. O fortunatos nimium si sua bona norint agricolas. Supprimitur eleganter. Verg. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. Terentius. Hominem perditum, miserumque & illum sacrilegum. Terentius. Miseram me, quod verbum audio?

En indicando iungitur nominatiuo. Vergilius. En Priamus, sunt hic etiam sua premia laudi. En Poeta, quem reges colunt.

En exprobando iungitur nominatiuo & accusatiuo. Quintilianus. En improbitas. Cicero. En crimen, en causa, cur regem

fugiti

*Cadab. in quartum*

*fugitiuus dominum seruus accuset. Vergilius. En agros, & quam bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens. Seneca in Agamemnone. En Paridis hostem. Iuuenalis En habitum, quo te leges, & iura ferentem, montanum positus audiret vulgus aratri.*

*Ecce aduerbium demonstrandi adiungitur eleganter nominatiuo, ut, Ecce homo, quē quærebas. Cicero. Ecce tibi status noster.*

*Cum accusatiuo per q̄ raro reperitur Semel apud Plautum n. e. mini me legisse in Bachidibus. Opus ne erit tibi aduocato tristi, iracundio? ecce me. Apud Terētium in Eunucho male legitur. Ecce autē alterum, nescio quid de amore loquitur. Alter, non alterum debet scribi. Quod Donatus, Laurentius, & Erasmus ille testatur.*

**DE COMPARATIVIS,  
& superlatiuis.**

**C**omparatiua, atq; superlatiua nomina formantur a nominibus positiuis, quorum significatio potest augeri, at minui, cuius formæ sunt, Certus Pulcher. Honestus. Formosus. Prudens. Velox. Capax. Breuis, & breue. Fortis, & forte. Acer, acris, & hoc acre. Celeber, celebris, & hoc celebre. Miser, a, um. Pauper. Placidus, a, um.

In prima declinatione adiectiuorum nomina comparatiua formantur a genitiuo singulari, addendo or & us, ut, Certus, certa, certum, genitiuo certi, addendo or, & us, fit, Certior, & certius. Pulcher pulchri addita or, & us, fit. Pulchrior, & pub

& pulchrius. Honestus, honesti addendo or, & us, fit Honestior,  
 & honestius. Formosus, formosi, addendo or, & us, Formosior,  
 & formosius. Altus, genitiuo alti, addendo or, & us, fit Altior,  
 & altius. Timidus, a. um. genitiuo timidi, addendo or, & us, fit  
 Timidor, & timidus, & sic de alijs.

Nomina superlatiua in prima declinatione adiectiuorum formā  
 tur a genitiuo addendo, s, & simus. ut, Sanctus, genitiuo sancti, ad  
 dendo, s, & simus, fit Sanctissimus sanctissima sanctissimum.

Altus, alti addendo, s, & simus. Altissimus, altissima, altissimū,  
 & sic de alijs.

Nomina comparatiua in secunda, tertia, & quarta declinatio-  
 ne adiectiuorum formantur a datiuo addendo or, & us. Prudēs,  
 datiuo prudenti, addendo or, & us, fit Prudentior, & prudenti-  
 tius. Velox, datiuo veloci, addendo or, & us, fit Velocior, & velo-  
 cius. Breuis & breue, datiuo breui, addendo or, & us, fit Breuior,  
 & breuius. Fortis & forte, datiuo forti addendo or, & us, fit  
 Fortior, & fortius. Acer, acris, & acre, datiuo acri, addendo or,  
 & us, fit Acrior, & acrius.

Nomina superlatiua in secunda, & tertia declinatione adiectiuo-  
 rum, formantur a genitiuo, addendo simus, ut Prudens pruden-  
 tis, addendo simus fit Prudentissimus, prudentissima, prudentis-  
 simum. Fortis, & forte, genitiuo fortis, addendo simus, fit For-  
 tissimus, fortissima, fortissimum.

Nomina superlatiua in quarta declinatione adiectiuorum, for-  
 mantur a nominatiuo, a terminatione masculina, addēdo rimus,  
 ut acer, addendo rimus fit Acerrimus, acerrima, accerrimum, &  
 sic in omnibus adiectiuis habentibus masculinam terminationē

finitam

Cadab. in quartum

finitam in er, ut Tener, addēdo rimus, Tenerrimus, tenerrima, tenerrimū. Pulcher, pulcherrimus. Miser, miserrimus. Pauper, pauperrimus. Vber, vberrimus. Veterrimus formatur a positiuo antiquo. Veter, vetera, veterū, ī cuius locū successit Vet<sup>o</sup>, veteris. Sunt nonnulla nomina comparatiua atq; superlatiua, quæ irregularem formationem habent, ut Bonus, melior, optimus. Malus, peior, pessimus. Magnus, maior, maximus. Paruus, minor, minim<sup>o</sup>. Nequam, nequior, nequissimus.

Composita a quatuor uerbis. Facio. Dico. Loquor. Volo habent comparatiuum, & superlatiuum irregularem, qualia sunt. Magnificus. Munificus. Mirific<sup>o</sup>. Honorificus. Beneficus. Malefic<sup>o</sup>. Benedicus. Maledicus. Beneuolus. Maleuolus. Multiuolus. Magniloquus. Altiloquus. Grandiloquus. Vaniloquus. Doctiloquus. Quorū comparatiua superlatiuaq; sunt. Magnificentior, magnificentissimus. Benedicēti<sup>o</sup>, benedicētissimus. Beneuolēti<sup>o</sup>, beneuolētissimus. Magniloquētior, magniloquētissim<sup>o</sup> & itē reliqua. Ostio nomina quæ sequuntur habent comparatiuum regularem, & superlatiuum irregularem. Maturus, maturrimus. Dexter, dextimus. Sinister, sinistimus. Facilis, facillimus. Agilis, agilissimus. Gracilis, gracillimus. Humilis, humillimus. Similis, simillimus. Quinq; posteriora quæ intelliguntur per hanc dictionem FAGVS, formantur a nominatiuo lis in llimus.

Multus plurimus comparatiuo caret. Multa, plura, plurima. Multū, plus, plurimū Multi, plures, plurimi. A duobus uerbis Detero, & Potior deriuatur Deterior, deterrim<sup>o</sup>. Potior, potissim<sup>o</sup>. Ab aduerbis Extra. exterior, extimus. Ab intra, interior intimus. ab Vitra, vlterior, vltimus. Ab Infra, infrrior, infimus. a Ci

tra, citerior, citimus. Supra, superior, supremus. Prope, pprior, proximus. Post, posterior, postremus. Ab Ante, anterior, superlatiuo caret. A Pridē, prior, primus. Penitus, penitior, penitissimus. Ocyor, ocysimus positiuum habet ocys, quo non vtuntur latini. Incomparatiuo fit abufio quatuor modis. Primo in fignificatione. 2. in informatione 3. in cōftructione. 4. in comparatione.

Nomen comparatiuum non conffruitur cum ablatiuo quatuor modis. Primo qñ nomen est anomalum & caret ablatiuo, ut Mare Caspium est dulcius, q̄ cetera maria. Secundo qñ capitur partitiue, ut, Pedum dexter est velocior. Tertio qñ fit cōparatio inter nomina comparatiua, ut, Ego sum tā nigrior quā albior. Quarto modo qñ fit compatio inter verba, ut, Magis audio, quā video,

Nomina comparatiua conffruuntur cum ablatiuo, vel cum alio casu, quem coniunctio q̄ ratione verbi subintellec̄ti coniungere poterit, ut, Plato fuit Aristotele doctior, vel q̄ Aristoteles. Credo Platonem eloquentiorem Demosthene, vel q̄ Demosthenem. Superlatiuum differt a comparatiuo sex modis, formatione, cōparatione, confftructione, fignificatione, exppofitione, potestate. Exempla patent.

Conffruuntur aliquando comparatiua nomina cum accusatiuo p̄ppofitionis Ante, vel Inter, ut, Ante alios, vel inter oēs pulchrior ibat Ascanius. Comparatiuo locus est inter duo, & tunc conffruitur cum genitiuo. ut, Manuum dextra fortiior. Aiacum Telamonius animofior fuit.

Comparatiuum refertur ad vnum, & plures eiusdem, & diuerfi generis, ut, Ego sum infeliciorte. Tu uero feliciior me, atq; ditior.

Græcis

Ca. in quartum

Græcis Hæctor fortior erat. Excessus quoque ponitur in ablatiuo, ut, Tu es altior me tribus digitis. Gigas ille est longior te tribus vlnis. Ille puer est duplo maior te, tu autem dimidio minor.

Nomina superlatiua construuntur cum genitiuo numeri pluralis, aut singularis nominis tantum collectiui, & referuntur ad plures eiusdem generis, ut, Hæctor fuit fortissimus omnium Troianorum. Diomedes fuit Danaum audacissimus gentis. Vel sic Hæctor fuit fortissimus ex omnibus Troianis. Diomedes fuit audacissimus ex omnibus Danais, vel ex gente Danaum.

Superlatiua nomina construuntur cum accusatiuo prepositionis inter, vel ante, ut, Inter omnes, vel Ante omnes prestantissimus est Sebastianus. Teste Vergilio Æneidos quarto. Ipse ante alios pulcherrimus omnes infert se socium Æneas.

Comparatiuum exponitur per magis, & quam, ut, Tu es pauperior Codro, idest, magis pauper quam Codrus. Tu es formosior Nireo, idest, magis formosus quam Nireus. Tu es Therfite deformior, idest, magis deformis quam Therfites.

Superlatiuum exponitur per maxime, & ex, ut, Omnium preclararum Græcorum sapientissimus fuit Homerus, idest, ex omnibus poetis Græcis maxime sapiens fuit Homerus. Hæctor Troianorum animosissimus erat, idest, ex omnibus Troianis Hæctor maxime animosus erat.

Omne superlatiuum conuertitur in comparatiuum cum relativo diuersitatis, ut, Plato philosophorum doctissimus fuit, idest, Plato cæteris, uel reliquis, vel alijs philosophis doctior fuit.

Comparatiuum cum his nominibus nihil, & Quis, vel qui, quæ quod, vel quid quæ capitur interrogatiue, valet pro superlatiuo,

ut,

ut Cicerone, nihil sapientius Romæ fuit olim. Nihil te doctius unquam vidi. Dispercam, siquid vidi te urbanus unquam. Quid te generosius? Quid præstantius te? Utimur superlatiuo in comparatione plurium eiusdem professionis. ut Antonius Nebrissensis omnium grammaticorum eruditissimus fuit. Plato fuit doctissimus omnium philosophorum. & sic de alijs.

Non dicitur de rigore latini sermonis Achilles fuit fortissimus omnium Græcorum. Achilles enim Græcus est, igitur seipso fortior, quod fieri non potest. Ad hoc obiectum sic respondebis. Dicitur de proprietate linguæ latinæ, quamuis non dicatur de rigore latini sermonis. Aut quod verisimilius est, atque magis probo, subintelligitur in similibus orationibus aliquod relatiuum diuersitatis, hoc modo. Hector fuit fortissimus omnium Troianorum.

Supple aliorum, vel reliquorum, vel cæterorum.

Aliquando superlatiuum refertur ad remotum genus. Ouidius. O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum. Horatius. Venit vilissima rerum hic aqua. Idem, Quid agis dulcissime rerum? Plinius Iunior. Regulus omnium bipedum nequissimus. Philippus in oratione ad Senatum. Emilius omnium flagitiorum postremus. Cicero pro domo sua. Hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo remp. perdidisti. Idem in Brut. Phalereus successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium. Simile est illud Macrobij, quod imperitissime carpit Valla. Age serui non solum adolescentium, qui tibi æquæui sunt, sed senum quoque omnium doctissime. Plinius lib. 9. Velocissimus omnium animalium, non solum marinorum est Delphinus. Catullus. Phasellus nauium celerrimus. Martia.

### Cadab. in quartum

Non crede mihi bonus, quid ergo? ut verum loquar, optimus maiorum. Praecipit quoque Valla, ne dicamus, Haec est pulcherrima suarum sororum, sed pulcherrima sororum, quia sororum ipsa una est, suarum non est, quod falsum est, Nam eodem pacto quoque non diceretur, Horum quinque digitorum medius est longissimus, quia digitus est, horum non est. Et Cicero fuit omnium Romanorum eloquentissimus, quia Romanus fuit, omnium non est. Superlatiuo aliquando locus est inter duo. Terent. in Adelphis, de Demea & Mitione. Id mea (inquit Demea) minime refert, qui sum natus maximus. Cice. 2. inuent. Quamquam praestat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, deliberetur. Idem ad Marium lib. 7. Cum dubitaret in Italia ne maneret, an ad bellum tenderet, sic intulit. Quo tempore vidisti me profecto ita conturbatum, ut non explicarem, quid esset optimum factu. Unde nulla repugnat ratio superlatiuum dici de duobus, quia tam partimur duo, quam plura, ut Manuum dextra longe fortissima est, & Video duos rixantes sodales, quorum utri faueam potissimum, incertus sum. De duabus etiam causis recte dicas, Hanc ut potissimam probo.

Nomina comparatiua non formantur a nominibus quae incrementum, diminutionemque suscipere non possunt, qualia sunt Talis. Aliquis. Simplex. Duplex, Multiplex. Volucer. Pedester. Fugitiuus. Seruilis. Nubilus. Modicus. Imus. Sumus. Ingens. Vnicus. Opimus. Nec a finitis in tilis, ut Versatilis. Tortilis. Nec a compositis a Gerro, atque Fero, ut Armiger. Pestifer. Nec a participiis in rus, & in dus, ut Amaturus. amandus, nec a nominibus in ernus, ut Ho diernus. Externus. Internus, nec ab habentibus vocalem, ante

voca

vocalem, ut Exiguus. Ambiguus. Arduus. Contiguus. Suppositi-  
 us. Dubius, & similia. Excipiuntur duo nomina habentia vocale,  
 ante vocale, quae formant ex se comparatiuum, & superlatiuum, quae  
 sunt Tenuis, & tenue, & strenuus, strenua, strenuum, ut Ten-  
 nuior, & tenuius, tenuissimus, tenuissima, tenuissimum. Stre-  
 nuior, & strenuius, Strenuissimus, strenuissima, strenuissimum.  
 Comparatiuum si postponatur superlatiuo, significat magis quae su-  
 perlatiuum, ut Plato fuit doctissimus, sed Aristoteles doctior il-  
 lo. Huberrima est Italia, sed Hispania huberior, atque fertilior.  
 Si comparatiuum non construatur cum casu illius, ad quod fit  
 comparatio, significat quantum positiuum, cum aduerbio valde.  
 Vergilius Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes, tristior,  
 idest valde tristis. Ouidius, Vt regat imperium cum seniore senex.  
 Cum seniore, idest, cum valde sene.

Si superlatiuum non construatur cum casu illius, ad quod fit su-  
 perlatio, superlatiuum significat quantum positiuum cum aduer-  
 bio maxime, ut Ouidius fuit ingeniosissimus, idest, maxime inge-  
 niosus. Vergilius fuit praecellentissimus uates, idest, maxime pra-  
 cellens uates.

## DE DIMINUTIVIS.

**N**omina diminutiua significat diminutionem sui principalis,  
 ut Imago, imaguncula.

Diminutiua proferuntur quatuor modis, gratia significationis  
 ut Regulus. Sororcula. Lucellum. Gratia urbanitatis, aut vitia-  
 de arrogantiae causa, ut Ingeniolu meum ne laudaueris. Sumito.

### Cadab. in quartum

Prandiolum, atq; munuscula nostra libens. Gratia adulationis, aut blādiendi causa, ut Corculum meum, mea Corneliola. Ovidius. Scilicet arma magis, q̄ Romule sydera noras. Gratia contēptus, ut, Homuncio. Homunculus. Muliercula. Quatuor diminutiua non seruant genus (nam declinatio sepe mutatur) quæ sunt. Terebellum. Puluisculum. Conuenticulum. Bacillum. Aterebra. Puluere. Conuentu. Baculo. Diminutiua exeūt in varias formas, & sunt innumera. Tyro, tyrunculus. Puer, puerulus. Asinus, asellus. Catinus, catillus. Liber, libellus. Flos, flosculus. Ensis, ensiculus. Gladius, gladiolus. Clypeus, clypeolus. Oculus, ocellus. Adolescens, adolescentulus. Rex, regulus. Passer, passerculus. Homo, homunculus. Imago, imaguncula. Virgo, virguncula, Libra, libella. Pluma, plumula. Iuuenca, iuuēcula. Vrna, urnula. Forma, formula. Parma, parmula. Flamma, flammula. Avis, auicula. Umbra, umbella. Patina, patella. Soror, sororcula. Mulier, muliercula. Meretrix, meretricula. Opus, opusculum. Munus, munusculum. Os, oscillum. Tignum, tigillum. Vinum, villū. Lucrum, lucellum. Caput, capitulum. Corpus, corpusculum. Vas, vasculum. Prandium, prandiolum. Cor, Corculū. Sudarium, sudariolū. Pallium, palliolum. & similia. De quibus apud autores.

### DE RELATIVIS.

**R**elatiuum est rei ante latæ recordatiuum. Relatio est rei ante latæ recordatio, vel sic. Relatiuū est signū rei antecedētis. Relatiuum duplex, scilicet, substantia, & accidentis. Relatiua  
Substantia

*substantia sunt. Quis vel qui, quæ, quod. Sui. Ille, illa, illud. Ipse, ipsa, ipsum. Iste, ista, istud. Hic, hæc, hoc. Idem, eadē, idem. Suus, sua, suum. Alius, alia, aliud. Alter, altera, alterum. Reliquus, reliqua, reliquum. Cæterus, cætera, cæterum. Quatuor posteriora sunt diuersitatis. Namque dum dico. Diligote, & alios, vel reliquos, vel cæteros poetas, necessum est te esse poetam, alioquin vitiosa esset oratio. Duo ex relatiuis substantiæ proprie reciproca sunt. Sui, & Suus, sua, suum, quæ non nisi verbi suppositum referunt. Cato occidit se. Mulier colit se. Video illum amare suos. Si plura supposita sint tertiæ personæ, semper prius, aut principalius referimus, vt Soror fratrem rogat, vt ad se veniat. Cæsar non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse dicebat. Imperator elegit quingentos milites, qui sese in bella sequantur. Vbi est prima vel secunda persona, liberum erit quouis modo loqui. ut Cepi torquatum palumbum in nido suo, vel eius, vel ipsius. Ouidius. Respice Laerten, vt iam sua lumina condas. Hoc nomen quisque etiam subintellectum semper ad se trahit reciprocationem. Cæsar iussit sibi quenque consulere. Iustitia tribuit suum cuique. Natura homines admonet suæ sortis. Huius notæ sunt. Suus hæres, sua sors, sua præmia. Vergilius. Sunt etiam sua præmia laudi. Dicimus contentio est philosophorum inter se, vel inter ipsos, non autem contendunt philosophi inter ipsos, sed inter se, quia præpositio inter, cum suppositum referimus necessario ad hæret reciproco. Hactenus de Sui, & Suus. Sæpè relatiuum pro antecedente refert integrum sensum. Terent. Qui habet salem, quod in te est, quod scilicet habere salem, est in te. Aliquando sensus ipse per aliud nomen*

Ca. ad ab. in quartum.

explicatur. Cicero *Quin etiam feci, ut ipse per literas me conso-  
larer, quem librum ad te mittam. Cuius generis sunt parenthe-  
ses ille. Quæ vestra libido est. Quæ tua est humanitas. Quæ  
tua virtus est.*

Quando relatiuum *Qui, quæ, quod* ponitur inter duo nomina  
propria, vel appellatiua cuius poterit honeste accommodari. ut  
*Noctu apparent ignes, quos, vel quæ sidera vocamus. Si alterũ  
nomen sit proprium, alterum appellatiuum ad proprium referẽ-  
dum est, ut Est florentissimus studijs locus, quæ Conimbrica di-  
citur. Haetenus de relatiuis substantiae.*

## DE RELATIVIS ACCIDENTIS.

**R**elatiuum accidentis est quod refert antecedens adiectiuum, cuius generis sunt. *Qualis & quale. Quantus, quanta, quantum. Quot. Quotus, quota, quotum. Quotenis, & quotenne. Quotuplex, Quotuplus, quotupla, quotuplum. Cuius, cuius, cuius. Cuias. Alius modi. Alterius modi. Relatiua accidentis semper referunt aliquod adiectiuum. ut, Iulius est pulcher, qualis Astyanax, idest pulcher. Achilles fuit procerosus, quatus Telamonius Ajax, idest procerosus. Plato fuit Atheniensis, cuias Hyppocrates. idest, Atheniensis.*

Relatiua accidentis aut significant qualitatem, aut quantita-  
tem, aut relationem.

*Qualis, & quale, est dictio relatiua fecundissima, capax omni-  
um formarum qualitatis, aliquando quantitatis, aut relatio-  
nis.*

*Qualis*

Qualis, & quale est dictio relativa, in definita, & interrogatiua, huius antecedentia possunt esse omnes species qualitatis, vt, Doctus, Indoctus, Eruditus. Clemens, velox. Rubicundus. Pallidus, Vastus, Maior, Minor, Obliquus. Sphæricus, Iucundus, Facetus, Mollis, Turpis, Inops, Insanus. Pius, Animosus, Timidus, Fugax. Ebrius, Violentus. Constans, Fortis, Audax, & Similia Cicero in epistolis. In Cæsare mitis clemensq; natura, qualis exprimitur. Filia tua pia est, qualis mater eius. Cicero alibi. Accidit quod mirifice ingenijs excelentibus, quale tuum est, delectetur. Huius correlatiuum est, Talis, & tale. Quintilianus. Sit igitur orator vir talis, qualis vere sapiens appellari possit. Adiungitur sæpe cum suo correlatiuo. Cicero, quis est talis, qualis tibi videri scribis? Ego quoque aliquid sum. Et alibi, Oratio talis sit, qualis sit illa, quæ nec redargui, nec conuinci potest. Interrogatiue. Iunennis. Qualis redijt Salamine relicta? Admiratiue. Vergilius, Hei mihi qualis erat, & quantum mutatus ab illo Hectore. Si quis forte quærat hoc modo. Quales libros audis? respondebis, bonos vel malos.

Quot tripliciter accipitur. s. relative, infinite, atq; interrogatiue. Relative, vt Septem sunt planetae, quot etiam clymmata orbis. Indefinite, Tot, quot digiti sunt tibi in manu. Interrogatiue, vt Quot annos dedisti operam literis? Quot est relatiuum quantitatis discretæ, huius correlatiuum est Tot, vt Tot hic sunt, quot vos estis.

Quotus, quota, quotum relatiuum est accidentis discretæ quantitatis ordinabilis. Huius quidē antecedentia sunt omnia

*Ad ad. in quartum*

nomina ordinatiua. Vt Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus, & reliqua huiusmodi, vt. Ego sedeo secundus, tertius, quartus, quintus, sextus à Prætoze, ab Episcopo. Dic quotus sedere voles? Quotus cenare cupis? idest cum quot?

Quotus quota quotum capitur relative, interrogatiue, & infinite. Relative vt Ego sedeo quintus à Consule, quotus tu sedere soles. Interrogatiue, vt, Quotus quisque istud fecisset? Infinite, vt nescio quotus sedeam. Quota pars fecis Achææ, idest minima.

Quotenus, quotena, quotenum, annumeratur inter nomina diuidua, huius antecedentia sunt nomina dist. ibutiua, vt Bini, bina, Terni, terna, terna. Quaterni, quaterne, quaterna.

Quini, quina, quina. Boues arant bini in Italia, quoteni apud nos.

Quotuplex, & quotuplum sunt relatiua quantitatis. Quorum alterum veritatem, & materiam, alterum pondus, & mensuram significat. Antecedentia huius sunt. Simplex. Duplex. Triplex. Quadruplex. Simplum. Duplum. Triplum. Quadruplum, & reliqua huiusmodi.

Illa magis sunt communia trium generum, hæc autem frequentius neutra reperiuntur, vt si dixeris. Duplex est viuendi via, quotuplex est finis. Si dederis mihi triplum, quotuplum promittis, quadruplum dabo tibi.

Quantus, quanta, quatum est relatiuum accidentis continuæ quantitatis, quod ipsam simpliciter magnitudinem refert, cuius correlatiuum est, Tātus, tanta, tantum. Antecedentia omnia adiectiua significantia quantitatem continuam, vt Magnus. Paruus. Latus. Longus. Altus. Amplus. Protensus. Exiguus. Arctus. Intensus, & similia

milia, vt. Hoc templum est magnum, vel paruum, vel longū, vel amplum, quanta est Ecclesia.

Quantus, quāta, quantū refert aliquādo etiā numerū, pondus, & mensuram, atque relative, interrogatiue, & infinite accipitur. Plautus. Quanta est hominum summa? Septem milia. Vbi quanta numerum retulit. Plinius iunior, Non quia tibi placet, sed quia tantum, quantū ego sapis. Adiungitur etiam cur. Qualis & quale, Totidem & tantundem. Cicero. Tantam essent gloriam consecuti, quale autem beneficium. Plautus. Tantundem ego scio, quantum tu.

Quotenni, & quotenne complures esse volunt relatiuum temporis, vt quod componant quot, & annus. Sed frequentius dicimus, quotannis, & quot annos. Plautus. Quotannis nomina inueniunt noua. Et alibi. Perge dicere, quot annos nata dicatur. Huius antecedentia sunt, Septennis, vel septuennis. Triennis. Quadriennis. Quinquennis. Sexennis. Plautus in Penulo. Puer septuennis surripitur Carthagine. Idē in Mercatore. Vides, puer sum septuennis. Idem in Penulo. Altera quinquennis, altera quadrimula. Cuius, & cuias relatiua sunt accidentis, sed ad aliquid dicta, idest ad relationē. Quorum alterū possessiue, alterum patrium est. Terentius. Cedo cuium puerum hic apposuisti? Plautus. Eum ducam, cuias & fidicina. Idem alibi. Cuiatē esse oportet. Vergilius. Cuium pecus? Plautus in Trinūmo. Cuias vox prope me sonat? Cicero. Socrates quidē quū rogaretur cuiatem sese esse diceret, mundanum inquit. Hoc nomē cuias, cuiatis non solum significat patriam, vel nationem, sed etiam sectam, atque professionem. Si quis forte interrogatus fuerit

hoc

Cadaba. in quartum

hoc modo. Cuias es o adolefcens? Refponde at. Diftingo, aut que-  
ris de patria, aut de fecla, aut de profefione, Si quæris de pa-  
tria fiue de natione? Sum Lufitanus. Si de fecla, fum Chriftia-  
nus, fi de profefione, fum philofophus.

DE NOMINIBVS PATRONYMICIS.

NOMINA patronymica deriuantur à nominibus patrum, ma-  
trum, auorū, proauorum, abauorum. At auorum, fororū, pu-  
tatiuorumq; patrum. Aliquando à nominibus urbium, infularū,  
fluuiorum, fontium, montium, Regum, & urbium conditorum.  
Nomina patronymica mafculina terminantur in des, & decli-  
nātur per primā nominis declinationē, & formantur à genitiuo  
fingulari diphthongo foluta, atque é mutato in des, & hoc in pri-  
mæ declinationis nominibus, vt Æneades à genitiuo Æneæ.  
In fecundæ declinationis nominibus patronymica formantur à  
genitiuo addendo des, vt Priamides, à genitiuo Priami. Æaci-  
des, à genitiuo ÆEaci. Quæ terminātur in eus diphthōgo, for-  
māt patronymica à genitiuo fecūdo, addendo des, vt Thefides,  
Pēthides, à genitiuis Thefei, & Pēthei & fic de alijs. Aliquādo  
irregulariter formātur, vt Atlantiades, pro Atlantides. Amphy-  
trioniades, pro Amphytrionides. Meneciades, pro menecides.  
Ænides, pro Æneades. Scipiadas, pro fciptionides. Patronymica  
fœminina terminantur in is, as, e. Quæ terminantur in is for-  
mantur à mafculinis ablata de, ut, Æolis. Thefeis. Tyndaris,  
Atlantis, ab ÆEolides. Thefeides. Tyndarides. Atlantides.  
In as, vt Helyconias, Helyconiadis vel Helyconiados. Pelias,  
Troas

Troas. In, e. vt Nerine, filia Nerei, Adrastine, filia Adraſti.  
Acriſione, filia Acrifij, & ſic de alijs.

## DE ADVERBIIIS LOCALIBVS.

**A**Duerbia localia ſunt in quadruplici differentia, Namq̄ aut  
querunt de loco in quo, vt *Vbi?* & *Vbinam?* Aut querunt  
de loco ad quem, vt *Quo?* & *Quorſum?* Aut de loco à quo, vt  
*Vnde?* aut de loco. Per quem, vt *Qua?*

Huic aduerbio *Vbi*, quod querit de loco in quo, Reſpōdebis tri-  
bus modis interrogatus. Per nomina propria urbium, oppido-  
rum, caſtellarum aut pagorum, Per nomina appellatiua, atque  
per aduerbia.

Si nomina propria urbium, oppidorum, caſtellarum, & pago-  
rum declinantur per primam, & ſecundam declinationem ſub-  
ſtantiuorum in numero ſingulari, illa ponentur in genitiuo nu-  
meri ſingularis. vt *Vbi eſt magiſter?* reſponde. *Salmantica, Nu-  
mantia, Tyda, Compoſtelle, Bracchara, Compluti, Byzanti,*  
*Sagunti, Toleti, Tarenti,* & per reliqua eodem modo.

Si nomina urbium, oppidorum, caſtellarum, & pagorum decli-  
nantur pluraliter per primam, & ſecundam declinationem, aut  
per tertiam in vtroq; numero, illa ponentur in ablatiuo. *Vbi eſt*  
*frater Ambroſius?* reſponde. *Thebis, Athenis, Burgis, Argis,*  
*Pelignis, Septimancis, Tralibus, Hiſpali, Vlyſippone,*  
*Fruſinone*

### Cadab. in quartum

Erusinone, Carthagine. Nam quod Seruius asserit, Thebis, Athenis, Septimacis, Tralibus & similia poni in datiuo, non probo. Domus, Militia, Toga, & Humus, Rus, Vesper sequuntur naturam priorum, ut si queras. Vbi est Sempronius? respondebit interrogatus. Domi, domi mea, domi tua, domi sua, domi nostra, domi vestra, domi aliena. Militia, Toga, Humi ponuntur eleganter in genitiuo aduerbialiter, Ruri autem, & Vesperi in datiuo. ut Vtuo ruri. Veniam ad te vesperi. Pater meus est toga, non vero militia. Humi pallium est. Si per nomina appellatiua. Seu per nomina provinciarum, interroganti, vbi est pater? respondere velis, illa repones eleganter in ablatiuo, vel in accusatiuo prepositionis. ut, vbi est Consul? respondebis, in agro, in vrbe, apud templum, iuxta coenobium, inter pontes, in Gallia, in Germania, in Italia. Si per aduerbia, respondebis hoc modo. Vbi est Fulgentius? Hic, isthic, illic, vbi, sicubi, necubi, alicubi, vbiuis, vbique, vbilibet, vbiubi, vbicunque, ibidem. alibi, ibi, inibi, vsquam, nusquam, intus, foris. supra, infra. & similia.

### DE ADVERBIO QUO.

Hic aduerbio Quo respondemus tribus modis, per nomina propria locorum, per nomina appellatiua, per aduerbia. Interroganti quo is? si respondere velis per nomina propria vrabium, oppidorum, castellorum, aut pagorum, illa pones in accusatiuo aduerbialiter hoc modo. Quo is? responde, Romam. Compostellam, Salmaticam, Burgos, Athenas, Hispalim, Vlyssipponeam, Parmam, Viennam, Tydam.

Interro

Interrogati, Quo is? si respondere velis per nomina appellatiua; siue per nomina prouinciarum, illa pones in accusatiuo præpositionis in, vel ad, vel procul, vel ultra, vel versus, ut, Eo in agros, in urbem, in oppidum. Ad templum, ad fontem, ad syluam. Eo procul montem, ultra Galliam, Italiam versus, Ægyptum versus, & sic de alijs. Eleganter dicimus. Eo Romam visum, vel visurus, vel ad uidēdū amicos, vel ad audiendos amicos, vel ut videam amicos, vel gratia videndi amicos, vel amicorum videndorū causa. Nam eo videre amicos, Græcanica forma loquendi est. Rus, & domus propriorum naturam sequuntur, dicimus enim. Eo rus. Eo domum. Reuertam statim rus, atq; domum. Non dicimus Eo militiā, Eo togam, nisi media præpositione, in togam, in militiam Eo.

Per aduerbia respondebis hoc modo interroganti, Quo is? huc, isthuc, illuc, alio, utrobiq; quòquo, quouis, eo, eodem, siquo, nequo, aliquo, intro, foras, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum.

## DE ADVERBIO VNDE.

Interroganti, unde venis? respondebis tribus modis, per nomina propria locorum, per nomina appellatiua, per aduerbia.

Nomina propria urbium, oppidorum, castellorum, pagorum, collocantur in ablatiua aduerbialiter, ut. Venio Salmantica, Toledo, Burgis, Argis, Athenis, Septimācis, rure, domo, non militia, & toga, sed ex militia, ex toga.

Nomina appellatiua collocantur in ablatiua cum his præpositionibus a, vel ab, e, ex, de, ut Vnde venis Antoni? Responde. Venio

Cadab. in quartum

ex agro, a monte, a tēplo, ab indicio, ab antro Trophonij, ab aspe  
ra sylua, a luco Dianæ, ab vrbe, & sic de alijs.  
Per aduerbia sic respondebis interroganti vnde venias? Venio  
hinc, isthinc, illinc, sicunde, necunde, aliūde, vtrinq, undiq, unde  
libet, vnde bis, vnde unde, vnde cumq. Inde, indidem, intus, foris,  
superne, inferne, cœlitus, & similia.

## DE ADVERBIO QVA.

**QVA**, querit de loco per quē, atq, respōdemus ei tribus modis.  
Primo modo per nomina propria, & illa pōnuntur aduerbia  
liter in ablatiuo, ut *Qua* iturus es Constantinopolim? Respōde.  
Roma, Salmantica, Toletō, Hispali, Septimancis, Thebis, Athē  
nis, Tyda, Burgis, Argis, rure, domo, Nō autē toga, & militia.  
Secundo modo per nomina appellatiua cum præpositione per, ut  
*Qua* iturus es Babylona? Responde, per agros, per mōtes, per syl  
uas, per loca deserta, per nemora, per rupes, per littora maris, per  
opulētissimas, atq, florētissimas vrbes, per oppida, rura, castella.  
Tertio modo per aduerbia sic. *Qua* iturus es domum? Respōde.  
Hac, isthac, illac, siqua, nequa, alia, & siqua sunt.

## ANNOTATIO IN aduerbia localia.

Nomina ciuitatum & oppidorum aliquando admittunt præ  
positionem. Cicero ad Atti. lib. 8. a Brundusio absunt pro  
prius. Ibidem. Necitius ad Brundusium, quā opus sit accesserit.  
& lib. 3.

Et lib. 3. ab Epheso ante aliquādo profectum. Cicero Verr. 6. Ad Messanā transire. Idē lib. 11. Epist. Ipse ad Mutinā dirigere rem. Et lib. 11. Fugisse a Mutina videretur. Salustius. Nam tunc Brutus ab Roma aberat. Liuius. ab Lanuino Venerāt auxilia. Cicero lib. 2. Epistolarum. Nunciatum esse qua tri iduiter a Laodicea abfuisse.

In nominibus prouinciarum, & insularum aliquando subtrahuntur præpositiones. Verg. m. 1. Æneidos. Italiam fato profugus, Lauinaq; venit littora. Idem. Æoliam venit. Cicero Atti. lib. 6. Sexto die Delum Athenis venimus, ab Ceo iucunde, inde Gyarō vento non aduerso, hinc Scyron, inde Delum. Tacitus lib. 2. Germanicus Ægyptum proficiscitur, Et lib. 4. Cretā amoueretur. Liuius. Cyprum extemplo classē misit.

Aliquando prouinciarum & insularum primæ & secundæ declinationis nomina ponuntur in genitiuo. Cicero Atti. lib. 5. Quæ mihi iam summi sed mirabilem in modū Ephesi præsto fuit. Cæsar. 3. ciuiliū. Cum audisset Pompeium Cypri uisum. Cicero ad Atticum. Cum Corcyræ epulati essemus. Et. 3. Epistolarum.

Mecum Corcyræ Clodius est locutus. In Verr. Siciliæ cum essem. Val. Max. lib. 4. cap. 1. Duos egregiæ indolis filios suos a Gabinianis militibus

Ægypti occisos cognouit.

Ægypti occisos cognouit.

## LIBRI QVARTI DE CONSTRV.

ctione decem partium orationis finis.

DE FIGVRIS CONSTRUCTIONIS.



**V**ONIAM satis abūde dictū est a nobis de decem partium orationis constructione, nunc breuiter quibus modis figuram admittat oratio, referamus. Quantoq; alij haec tenus in hac parte prolixiores extiterunt, tanto breuiores erimus, ne inuictissimo regi Sebastiano, quo nihil maius sub lunari circulo tellus ipsa sustinet (quod saepe fit) fastidium moueamus. Solacismus est impar, & incōueniens partium orationis compositura, latine imparilitas dicitur. Quando solacismus autores habet idoneos, non vitium sed figuram vocamus. Syntaxeos figuræ ad quatuor genera possunt reuocari. Nam fiunt per defectū, per excessum, per discordiam, & inuersum ordinem. In defectu seu Endia tres sūt figuræ, Ellipsis. Prolepsis. Zeugma In excessu Pleonasmus, siue Parelcon. In discordia siue Enallage sunt Syllepsis, & Antiptosis. In ordine perturbato Hyperbaton. Sunt igitur septem.

De Ellipsi.

Ellipsis, idest, defectus fit quoties ad legitimam constructionē necessaria dictio, uel dictiones desiderantur, ut Ades dum paucis te volo. Latissime patet hæc figura per omnes partes orationis, Nos vero hic breuissime quedam percurremus.

Nomina substātiua semper desiderantur, vbicunq; genitiuus videtur uerbis coniungi, ut Accusote furti. Alexander magnus breui potitus est rerum. Venit in mētem illius dici. Egeo medici, nō autem iudicis. Tanti emi. Animosi regis est sedare remp. Sum do-

mi meæ,

mi mee, non tue. Eo ad Dianæ Aberant bidui castra. Hectoris Andromache Pyrrhinconnubia seruas? Desiderantur & substantiua in adiectiuis illis, quæ propter familiarem vsum nō videntur indigere substantiuo, vt Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, & reliqua nomina mensium. sic oriens, occidens, cōtinens, natalis, bipennis, aqualis, molaris, & multa alia id genus. In omni fere adiectiuo neutrali deest negotium, idest res. Verg. Triste lupus stabulis. Idem, varium, & mutabile semper fœmina. Persius. Dicenda, tacēdaq; calles. Cicero. Te amo, tua tueor. Terētius. Id mea minime refert. In quibusdam pluralibus deest loca, vt Gargara, Dyndima, Auerna, supera, infera, Ardua, Mōtosa, Opaca, supplē loca.

Nomina generalia frequentissime desiderantur in specialibus, qualia sunt, vrbs, mons, fluius, fabula, arbor, auis, herba, litera, vt barbara Narbo. Bracchara diues. Altus Athos. Sacer Helycon. Albula fuluus. Eunuchus Terentiana. Migna laurus, Sola bubo. Durus Ossa. T. terminalis. Prima, media, aut vltima breuis. Participium ens passim intelligitur, vt Tace tu imperitus homo. Curro libens. Video te auarum. Me præceptore didicisti. Iactamus iam pridem omnes te Roma beatum. Annibal peto pacem. Syntaxis est Ego ens Annibal peto pacem. Vulgo appositionem vocant.

Præpositiones ablatiui sæpiissime intelliguntur, vt Venio Roma. Venio rure. Lucis habitamus o pacis. Descendit montibus humor. Abijt magistratu. Fugit oppido, Agro toto die commoratus sum. Villa reuertor.

Cadab. in quartum  
DE PROLEPSI.

*Prolepsis est attributio proprietatis toti in suas partes diuiso, latine praesumptio, vel occupatio. Fit enim cum ex genere intelligitur species Verg. Interea reges, ingenti mole Latinus Quatriiugo inuehitur curru, bigis it Turnus in albis, Hinc pater Aeneas Romanae stirpis origo, Et iuxta Ascanius magna spes altera Romae, Procedunt castris. Aut quando partes totum sequuntur, verbo non repetito, ut Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber. Hominum alij corpus, alij animum excercent. Si partes verbum antecedit, totum erit verbi suppositum, ut Aquile volauerunt, haec ab oriente, illa ab occidente. Sin autem partibus adhibeatur verbum, a genitiuo, quae totum significet, licet incipere, Humani generis pars animum, pars corpus excollit. Est Prolepsis ab eo quod sequitur, Verg. Profugus Lauinaeque venit. Nondum enim Lauina littora dicebantur, quum Aeneas in Italiam venit. Est & Prolepsis implicita. Verg. Alterum in alterius madatos sanguine cernam? Alter alterius onera portate. Sallustius. Capere se quisque magis extollere. Zeugma, id est, iugatio vel connexio, fit cum species intelligitur ex specie, vel cum vnum verbum, vel vnum adiectiuum additum multis, cum viciniore consentit, ut Et genus, & virtus nisi cum re, vilior alga est. Martialis. Salua est vxor, sarcinaeque, seruique. Cum proprio autem consentire voco, etiam si parentesis interponatur. Sallust. At ingenij egregia facinorosa (sicut anima) immortalia sunt. Cice. Quid est quod tu, aut illa, cum fortuna queri possis? Horatius. Onocles ca-*

*neque*

neque deum, quibus ipse, meique, ante Larem proprium vescor.  
 Triplicem Zeugmatis vsum reperio, aut enim idem verbum  
 (nihil mutato) desideratur. Cicero. Vicit pudorem libido, ti-  
 morem audacia, rationem amentia. Aut idem certé sed variatū.  
 Verg. Socijs, & rege recepto. Idem. Hic illius arma, hic currus  
 fuit. Horatius, Tu quid ego & populus mecum desideret, audi.  
 Cic. Ego illum de suo regno, ille me de nostra rep. per conta-  
 ctus est. Aut denique idem verbum intelligitur, sed in alio signi-  
 ficatu, vt Tu colis terram, ego patrem. Sallust. Iugurtha vbi  
 gentium, aut quid ageret. Iustinus. Prouolutæ deinde geni-  
 bus Alexandri, non mortem, sed ut Darij corpus sepeliant, di-  
 lationem mortis deprecantur. Idem, Egregius adolescens & ca-  
 dem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Ariabani vindi-  
 cavit. Martialis, Mauis Ruffe cocum scindere, quam leporem.  
 Verg. Sacra manu, victosq; deos, paruumq; nepotem ipse trahit.  
 Idē, Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem, fortunam ex  
 alijs. Hic disco multa significat, scilicet, scire, intelligere, ample-  
 cti, & cognoscere. Hæc de Endia seu defectu.

## DE PLEONASMO.

Pleonasmos seu parekon fit cum ad legitimam constructionē  
 superest aliquid, vt Ades dum. Vbiq; gentium. Plautus in Au-  
 lularia. Ita sustibus sum mollior magis, quam vllus cinædus.  
 Idē Pænulo. Verū qui dederit, magis m iores nugas egerit. Idē.  
 Ruden. Nam Arcturus signum suū, omnium quā accerinum.

### Cadab. in quartum

Cice. 3. fin. id apprime rectissime dicitur. Coli. lib. 9. Apis si se-  
uior, maxime pessima est. Gellius, lib. 13. Hi sunt vel maxime  
humanissimi. Veg. Ante alios pul. herimus omnes, Cicc. pro Mi-  
lone. Hoc quod tormentis inuenire uis, id fatentur. Præpositio-  
nes & aduerbia sæpe supersunt. Terent. Nostra illico it visere  
ad eam. Idem. Adeo ne ad eum? Idem. Eamus ad me domum. Sa-  
lust. Tanta uis auaritiæ in animos eorum, ueluti tabes inuaserat.  
Cicero. Media illa, inter quæ nihil interest. Idem. Quasi nihil in-  
ter res quoque ipsas inter sit. Terentius. Mea quidem Hercle in  
dubio est uita. Egeminaciones illæ, Sese, tutu. Et similia.

### DE SYLLEPSI.

Concordia uocum quadruplex est, numeri, personæ, generis, &  
casus. Totidē fit figura modis. in tribus primis est Sylepsis,  
in postremo Antiptosis. Sylepsis, id est conceptio fit quoties nu-  
meris, aut generibus discrepant uoces, & dignius non propin-  
quius (ut in Zeugmate) respicimus. Sylepsis per numeros,  
quoties uoces discordant numero, & cum significato in mente  
concepto, conueniunt. Verg. Pars in frustra secant, ueribusque  
tremencia figunt. Ouidius, Pars uolucres factæ. Et alibi. Fors  
eadem Ismarios Ebrum cum Strymone siccat. Idem. 4. Meta,  
Littora cum plausu clamor, superasque deorum impleuere do-  
mos. Idem. Ilia cum Lauso de Numitore sati. Boethius. Nihil  
infelicius homine, quos morsus muscarum necat. Verg. Remo cū  
fratre Quirino iura dabunt.

Sylepsis personarum. quoties personis discrepant uoces, Teren-

tius,

rius. *Aperite aliquis. Verg. Exoriare aliquis nostris ex ossibus  
ultor, qui face Dardanos ferroque foquare colonos. Itē illa, quæ  
citantur. Danaï qui parent Atridis, contra Priamum arma su-  
mite. Item. Dij faciant sine me non moriatur ego.*

*Syllepsis generis, cum aliud genus concipimus, & aliud proferi-  
mus Terēt. Vbi ille scelus est, qui me perdidit? Idē. Dij deæq; oēs  
illū perdāt seniū, qui me hodie remoratus est. Verg. Æneidos. 7.  
Pars arduus altis puluerulentus equis. Liuius. Samnitum caesa  
tria millia trecenta. Florus. Duo millia electi, qui mori iuberē-  
tur. Curtius. Duo millia crucibus affixi. Et in sacris, Duo-  
decim millia signati.*

*Est & syllepsis mixta, vt Tlia cum Lauso, de Numitore sati.  
Sallust. Pars in carcerem acti, pars bestijs obiecti. Liuius. Ma-  
xima pars ab equitibus in flumen acti. Idem. Pars per vrbes di-  
lapsi. Idē. Tunc enim vero omnis ætas currere obuij, Verg. Hic  
manus ob patriā pugnando vulnera passi. Idem. Pars mersi te-  
nuere ratem. Idem. Inde Iphitus, & Pelias mecum*

*Dignius autē est nomen primæ personæ, vt Ego & tu valemus.  
Deinde secundæ, vt Tu & pater iubetis. Tū masculinū signifi-  
cans proprie marem. Terent. Quam pridē pater mihi, & mater  
mortui essent. Ouidius. Iane fac æternos pacē, pacisq; ministros.  
Idem. Mulciberi capti Marsq; Venusq; dolis. Verg. Casosque re-  
portant Almonē puerum, fœdatique ora Galeſi. Et postremum  
fœmininum significans fœminam, vt Ancilla & mancipium  
sunt candidæ. Verg. At vestræ vxores, & pignora nescia frau-  
dis sub tectis resident solæ. Si neutrū sit horū, ad genus neutrū  
recurrendū est. Sallust. Præterea diuitiæ, decus, gloria in oculis*

*Cadab. in quartum*

*sita sunt. Quintil. Præterea intuenta sexus, dignitas, ætas. Sallust. Plerosq; velocitas, & regio hostibus ignara tutata sunt. Et in sacris. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Illud Lucani non probatur doctus. Leges & plebiscita coactæ, melius dixisset coacta.*

**DE ANTIPTOSI.**

*ANTIPTOSIS est casus pro casu propositio, sed ita vt casus non careat rectione. Nam venit in mentem illius diei, non est antiptosis, sed deest recordatio, vel memoria. Vocatiuus pro nominatiuo, aut contra nunquam ponitur. Nam recte dicas, Tace tu amicus meus & amice mi. Verg. Corniger Hesperidum fluius regnator aquarum. Et alibi. Socer arma Latinus habeto.*

*Accusatiuus pro nominatiuo. Terent. illum vt viuat optant. Idem. Hanc metui ne me criminaretur tibi. Idem. Nunc metuo fratrem, ne intus sit. Idem. Hei metuo Lenonem, ne quid suo suat capiti. Urbem quam statuo? vestra est. Et Eunuchum quem dedisti nobis, Illipses non Antiptoses sunt. In illo enim deest vultis, in hoc quero. Accusatiuus pro ablatiuo. Horat. Nardo perunctum, quale non perfectius meæ laborauerunt manus. Idem. Occurrunt animæ, quales nec candidiores terra tulit. Antichronismus, siue antichronos dicitur in verbis, quum tempus pro tempore capitur. Cicero. Sed valebis, meaque negocia curabis pro vale & cura. Verg. Et omnis humo fumat Neptunia Troia, pro firmavit.*

**DE HYPERBATO, ET EIVS PARTIBVS.**

*HYPERBASIS siue hyperbaton est verbi transgressio, & ordo perturbatus, præter grammatices rationem.*

*Anastrophe est dictionum præposterus ordo, ut, mecum, tecum, secum, quo cum, quibus cum. Maria omnia circum, & similia.*  
*Tmesis, idest, sectio quando composita, vel coniuncta dictio diuiditur. ut Septemquetriones. Maximo te orabat opere. Alpi pencabas, tot habet ninas, quot habet gras. Parenthesis est sensus sermoni, (antequam absoluat) interiectus. ut Hos ille (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.*  
*Synchysis est ordo dictionum confusior. Multus est in hac figura Horatius. Qui in arte poetica sic loquitur. Qui variare cupit rem prodigialiter vnam, delphinum syluis appingit. Ordo est. Qui cupit variare rem vnam, delphinum syluis appingit prodigialiter. Idem. Chorusq; turpiter obticuit sublato iure nocendi. Ordo est. Chorus obticuit sublato iure nocendi turpiter. Idem. Huc liberta securi diuisit medium fortissima Tyndacidarum. Ordo est, liberta fortissima diuisit huc medium securi Tyndacidarum Anacoluthon. i. consequens proximè accedit ad solacismum, vitiumq; potius quam figura dicitur. Terent in Eunucho. Cur ergo in his te cospicor regionibus? Th. vobis fretus. Idem in Hecyra. Nam omnes nos, quibus est alicunde aliquis obiectus labor, omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est. Cicero: Diutius comorans Athenis, quonia venti negabant soluendi facultatem, erat animus ad te scribere. Idem offi. i. Ut enim pictores, & hi qui signa fabricantur, & veri etiam poetae suum quicquid opus à vulgo considerari vult. Plaut in Amph. Naucratem, quem conuenire volui, in naui non erat. Et in sacris. Sermonem quem audistis, non est meus, Nec hæc possunt ad antiptosim (ut nonnulli autumant) referri quia rectione caret casus.*

## DE HOMINUM ÆTATE.

**H**ominum vitæ portiones seu spatia sunt septē. Infantia vsq̄ ad trimatum. Pueritia vsque ad duo decimum annū. Adolescentia vsque ad ter septenos annos. Iuuenta vsq̄ ad trigesimū. Virilis ætas vsque ad quinquagesimum. Senectus vsq̄ ad septuagesimū sextum. Senium vsque ad vitæ finem. Circa hoc tamē locorum, ac ciborum natura multum refert.

Infantia est, quæ nutrit, alitque genitos. Puertia, quando literarum, cytharæ, luctæ, similibumque ludorum exercemus studia. Adolescentia, quum ad Veneris illecebras incitatur. Iuuentus, quando regnat vigor in corpore, & properat ætatis perfectio. Virilis ætas, quum potentias, honores, ac victorias affectamus. Senectus, quæ prudentiam desiderat. Senium, quando decrepiti nuncupamur, & à generatione desistimus. Infantiam Lunæ, pueritiam Mercurio, adolescentiam Veneri, iuventam Soli, virile robur Marti, senectutem Ioui, senium Saturno comparamus. Magna inter corpus, & animū discrepantia est. Nā corpus nihil nisi præsens, & quod adest sentire possumus, animo autem & præterita, & futura. Hic momento cuncta percurrit, corpus tardum & obtusum testudinis more graditur. Quod ipsum tamen facere non posset, nisi animi vi, ac impulsu moueretur. Corpus quum senescit, in dies efficitur deformius, animus autem contra vetustate fit illustrior, atque melior. In sentiendi ratione animi officia duo sunt, iudicare, & persequi vel fugere. Prius ad intellectum pertinet, & prudentiam, artesque omnes complectitur. Posterius ad voluntatem, quod iustitiæ, fortitudinis,

*tutu linis, ac temperantiae genera continet.*

### DE SENSIBVS EXTERIORIBVS.

**E**Xteriores sensus sunt quinque, *Auditus, Visus, Olfactus, Gustus, Tactus.* Ideo esse quinque putant, quod partes totidem sunt, quibus mundi corpus constat. *s. elemētis quatuor, Et ætherea forma.* Siquidem *Tactus terre rationem habet. Gustus aque, quoniā humectatiōe sensus hic perficitur. Aeris percussio sonum ædit, quē audiendi facultas percipit. Olfactus vim igneā possidet, ex calore namque proueniunt odores. Videndi ratio ex ætheris materia, & lumine temperatur. Sonus itaque motu & collisione excitatur, lumine color, Odor igne, sapor humore, & solidis rebus tactus. Horum instrumenta sunt aures, oculi, nares, lingua & manus, in quibus tangendi facultas perfectissima est. Inter sensu, perfectissimus homini, ac arancis tactus, aquile visus, vulturibus & canibus odoratus, talpis auditus, habentibus oblonga guttura sapor, vt sunt grues, anseres cygni. Sensus exteriores sunt quinque. Sensus communis, imaginatio, Phantasia, cogitatio, memoria. Sensus communis, quo omnia quæ vel visu, vel auditu cognita sunt, conueniunt. Imaginandi facultas, quæ à communi sensu tradita sibi, contemplatur, ac dignoscit. Phantasia, quæ res fictas, & cuius modi nusquam reperiuntur, quandoque componit, vt Centauros, Chimæras. Cogitatio, quæ ex visis rebus, vel auditis præteritum aliquid, aut post modo futurum ratiocinatur. Memoria, quæ tum percepta à sensu, tum à cogitatione collecta ad ceræ modum, cui effigies aliqua imprimitur, seruat. In prima cerebri parte est communis sensus, in media cogitatio, in postrema memoria.*

IN GENEROSI AC PERINDE STV.  
diosi viri Cadabalis Grauij Calydonij Poetae non inde-  
bitam laudem, Didaci de Arroio Au-  
riensis carmen.

Nunc mihi (si quando) faueat, nunc flauus Apollo,  
Pocula Castalia plena ministret aqua.  
Nunc Erycina precor faueas, nitidaeque sorores,  
Quae volucris fontem nunc habitatis equi.  
Dij maris, & terra, Satyri, Fauniq; bicornes,  
Quaeque amnes colitis, solaque rura Dea.  
Huc precor, huc omnes letas aduertite mentes,  
Dum peragit partes nostra Thalia suas  
Publica nunc miris exultent festa triumphis,  
Thrax, Parthus, Persae, Dalmata, Maurus, Arabs.  
Iamque fremant plausu, belli grauitate relicta,  
Ceruleum tuto iam mare nauta secet.  
Felix ista dies, magni mihi numinis instar,  
Tempora iam priscis candidiora nitent.  
Pulset Apollo chelym, neruos, & eburnea plectra,  
Nec pudeat caeptis ore fauere meis.  
Ipse ego thura dabo, redimitus tempora fertis,  
Maectato fumat dum vetus ara boue.  
Haec inter vatis cantabo maxima, cuius,  
Orbe viret toto nescia fama mori.  
Gloria, & Hesperiae decus indelebile nostrae,  
Carmine qui placido sidera summa ferit.

Quem

*Quem Æonidum cœtus, laudat, miratur, adornat,*

*Et placido fouit sacra Minerva sinu.*

*Sic factis, verbisque tuis obscura refulgent,*

*Vt stellas inter Luna rotunda micat.*

*Concedant veteres celebrati laude poetæ,*

*O decus, ô Pindi gloria summa, tibi.*

*Ipsè canendus ades celebrer, nullique secundus:*

*Cedetur meritis, tempus in omne tuis.*

*Materia indigna est tantæ mea pagina laudis,*

*Ingenium, vires exuperatque meas.*

*Nec si cuncta velim, laudes describere possem,*

*(Astra licet superent carmina nostra) tuas.*

*Fata manu stabili currunt si forte sorores,*

*Et mihi si certo pollice pensa trabunt,*

*Carminè Mæonio paulo maiora canemus,*

*Ingenio causas tu dabis ipse meo.*

*Interea hoc veri complectere pignus amoris,*

*Maius opus sterilis dum mea Musa mouet.*

*Nec me sperne precor, nec dedigneris alumnum,*

*Opt præsidium dulce, decusque meum.*

*Vale.*

**IN MARIANVM CAPRIFICVM DE**

*tractorm Gallæcum, & Cadabalis Grauij*

*Calydonij laudem, cuiusdam pere-*

*grini poetæ carmen.*

**Inuide**

**I**Nuide quid rodis Grauij præconia laudis?  
In tantum vatem vix cadit inuidia.  
Prouehit in cœlum nullo interitura sub æuo,  
— Tydigenam cygnum gloria rara quidem.  
Et de tuos populo pinguis Mariane libellos,  
Etsi quod condis barbare profer opus.  
Sed non condis opus, nec scribis amabilecarmen,  
Eripuit mentem sors inimica tibi.  
Diuinos igitur Caprifice relinque poetas,  
Non est quippe tui muneris ista loqui.  
Non gremio tenuit te docta Bononia, Tormis  
Nec Salmantinus labra rigauit aqua.  
Callyroe, Thais, chartæque, iocique morantur,  
Detinet in patria te Petasionis amor.  
Ingentem, vt sitias, piperis consumis acerbum,  
Atque cubas iuxta dolia plena mero.  
Delectant risus, calices, tremulique cachinni,  
Desidia & somnus, vinaque fusa vitro.  
— At Grauium refouet Musarum, Helyconis in arce  
Sacra domus, vatis fronde tegente caput  
Cui placet immensi causas exquirere mundi,  
Quid chaos antiquum, quid sit & ipse Deus.  
Vt magnum æterno voluatur numine cœlum,  
Cuius vertigo dicitur esse triplex.  
Quid Sol, quid Phœbe, quid sydera clara, polique,  
Quid mare, quid tellus, sint quid Hamadryades.

Curfalsi

Cur salsi fluctus, cur ignibus ardeat Aethna.  
 Cur vomat ingentes saeva Charybdis aquas.  
 Qui l' venti, mundus, caeli, quid semina rerum  
 Quid natura potens pocreet, atque ferat.  
 Unde tremor terris, stellisque nitor, quid & imber,  
 Nix, grando, nubes, noxque, diesque, calor.  
 Quid sit Zodiadus, Zona, quid signa, Bootes,  
 Vrsaque quid maior, quid sit & Vrsa minor.  
 Quid color herbarum, quid sint elementa, fragores.  
 Terra quid alma, fremens quid gerat Oceanus.  
 Cur gelidi, calidique fluant, cum murmure fontes,  
 Quare non crescat tot mare fluminibus.  
 Quot partes orbis, quot sint freta concita ventis,  
 Et qua vi tumeat, subsideat que salum  
 Multaque praeterea, quae maiestate recondit  
 Dux Natura parens ingeniosa sua.  
 Incerto ut similis mundus, certissimus extet,  
 Utque nihil pereat, solaque forma cadat.  
 Nam ex alijs alias reparat Natura figuras.  
 Res arcana quidem, sed preciosa nimis  
 Quid fortes deceat, quales sint principis artes,  
 Sive colat pacem, seu ferabella paret.  
 Quid virtutis bonor praestet, sapientia quales  
 Afferat ornatus, praemia quae tribuat.  
 Quid Lemures, Fauni, quid sint Phantasmata noctis,  
 Quae nos perterrant, atque fugare solent.

Quid

Quid sibi concursus, quid mœsta caterua virorum  
Nocte ruat, miris ludificata modis.  
Curque magis noctu, quam lux cum est ipsa, vagentur  
Agmina, curque vni pestis acerba gemat.  
Cur æstate magis, quam bruma extante, ferantur  
Multæ hominum facies, terribilisque sonus.  
Tympana cur quatiant, pompas, & funera ducant  
Sulphureis flammis, sacraque templa petant.  
Curque gerant habitus, iterum tellure repositi,  
Quos gessere prius, luce manente, suos.  
Murmura cur reddant, plerumque & semper hiantes,  
Cur euanescant, effugiantque manus.  
Alite discedant vigili cur monstra canente.  
Vnde pavor tantus, membraque manca metu.  
Res horrenda quidem, & tenebrosa parte sepulta,  
Cui vix scrutandæ sufficit omnis homo.  
Nec si scire velis, poteris cognoscere quid sit,  
Nec quisquam primo nouit abusque Chaos.  
Quæ quum vidisset platani dum procubat umbra  
Pernebulas Grauius, talia verba dedit.  
O Natura potens, rerum ingeniosa creatrix  
Quorsum hæc? quidue paras? sat scio, solus ego.  
Dixerat, & Lemurum circumstat prætereuntium  
Lumine cæruleo turba timenda virum.  
Colloquio quorum didicit miranda, sed horret  
Pandere, nec dicet Regibus ille quidem.

O Diome-

O Diomedis amor, muro fundata vetusto  
Quondam tolle caput Tyria superba tuum.  
Clara quidem fueras, facta es nunc clarior ipsa  
Vate tuo, qualem vix tulit Hesperia.  
Quod nisi solertis paupertas inuida vatis  
Ingenium premeret, maior & ille foret.  
Conspicuisque hedera caneret cingente capillos,  
In medio Heroum carmina sacra choro.  
Si Meccenatem sortitus forte fuisset,  
Ad mensam staret magne Philipe tuam.  
Scriberet historias patris, caecoresque triumphos,  
Gestaque maiorum, praelia, iura, Duces.  
Res ni angusta domi retineret clare poeta  
Te, colerent reges, pontificesque pi.  
At tamen egregios passim Fortuna poetas  
Turbat, & incerta deprimit vsque rota.  
Salve doctæ senex Cadabal, quem plura merentem,  
Delius antetulit vatibus ipse suis.  
Salve Musarum artistes Calydonie, gentis  
Gallecæ sydus, posteritatis amor.  
Non te Lethææ capient obliuia ripæ,  
Nec totum in cineres reddet auara dies.  
Nec tibi plebeio statuetur in aggere bustum,  
Cum merito possis vincere Pyramidas.  
Sed medio templo tumulaberis, Empyreoque,  
Pectoribusque hominum laus tua semper erit.

IN QVENDAM GRAMMATICAE

professorem nomine (quem Bardum Pandulphum  
appellare libet,) Cadabalis Grauij (Calydonij  
Satyricum carmen.

**O** Mnibus intriujs carpis mea carmina Barde  
Indigne, & vatem passim suspendis adunca  
Nare, tuisque moues stabulis de more cachinnos,  
Quum tumidus recubas, veluti Polyphemus in antro,  
Et male falsa doces pueros praecepta, vomisque  
Rancidulum quiddam coruino ex gutture. paruo  
Inclusus puteo vt polypus sua brachia rodit,  
Sic Pandulphe mala rabie tua labra remordes,  
Praeque dolore gemis, rumpuntur & illa. latras  
Me absentem, floret cui gloria parva labore  
Ante oculos hominum, virtutis imagine quadam,  
Vt natale solum Tydam, charosque parentes,  
Atque Lares patrios, antiquaque moenia linquens,  
Salmantinam urbem (qua non praestantior vlla)  
Florentem studijs, literarum incensus amore  
Sponte mea, vt biberem sacrati Tormitos vndas,  
Visi, diuitijs multo meliora secutus.  
Sed quanquam pauper, nostrum indelebile nomen  
Semper erit, taceam & si, de me Fama loquetur.  
Tu puerile vocas, quicquid mihi magnus Apollo  
Dictat, Pierides ermita fronte coronam  
Dum roseis ponunt manibus, ducuntque choreas

Per iuga

Per iuga Parnasi, famamque ad sydera tollo  
 Lusitanorum regum, & clarissima gesta  
 Magnanimum Heroum, laudesque refundo per orbem  
 Illorum saltem, qui me coluere benigne,  
 Non pudet obalatro studiosum ledere vatem  
 Tydigenam? quum sis Cacodæmonis ira furentis,  
 Inuitum qui me mansueta sumere cogis  
 Armam manu, pacis cultorem, praua loquendo.  
 Altilis es porcus, porcis es pinguior ipsis,  
 Stercoris es moles, & pondus inutile terræ.  
 Fex hominum fecis, terebintho stultior, atque  
 Pernicies frugum, insatiabilis amphora vini,  
 Carniuorusq; Lupus, quadratus mulio, mordax  
 Scorpio, cui semper squalent putredine dentes,  
 Noctiuagus bubo, violenti phasma Satanae,  
 Pampibagus & buso bufonis, turpis onager  
 Licnophorus, picifer, nautarum sessilis obba,  
~~Atque latruncularum mundator, bellua montis,~~  
 Fœtidus es verres porcarum, & barrus, inertes  
 Dum corio muscas frangit remoratus in vmbra.  
 Meus asinina, caputque simui, venterque, colorque  
 Non datur ingenium, nec lingua diserta, nec oris  
 Gratia. Thersite glabro deformior, alga  
 Vilior, horribilis tenebrosi ianitor Orci,  
 Barbarus ex triuio, solitus purgare cloacas  
 In patria nuper, pecudes quum pastor agebas  
 Lastaurus, mendax, ardente voratior æthna

Draucus es, & nebulo, Myconis olentior hircis.  
 Te pater infamis genuit, materque maligna  
 Hirsutas inter peperit Bufarde capellas.  
 Si posthac tentes nobis male dicere vector  
 Fluminis inferni, fædo cui plurimus ore  
 Pædor in est, Grauiio meritas dabis improbe pœnas,  
 Protinus & porcum sub pollida tartara mittam.  
 Nec te Barde putes fugiturum tela, manusque,  
 Quas timuere tui similes, quum cornua sumo.  
 Inunc, & nostros ride Pandulphæ labores,  
 Et Grauium vatem naso suspende canentem.  
 Vale ad Tarpeium saxum.

DOCTISSIMO VIRO HIERONYMO

Campano, Compositi Campanensis prætoriatæ

classis professori. Calabro Grauius Calydonius.

S. D.



LVRA IN NEBVLO NEM frugi perdâ, hoc est  
 Alcinoi comitem ad consumendas fruges duntaxat na-  
 tum, dixissem doctissime Campane, nisi timerem, ne-  
 me, (quem non triuialem poetam appellare soles) hu-  
 milem Riparographum vocitares. Quapropter iræ, vl-  
 tionique pro tempore parco, atq; supersedeo. Minore  
 enim istum infamem armetarium, suffarraneum atq; quadratum mu-  
 lionem, quam vt nostro sit odio dignus, certo scio. Nihilominus tamen  
 aliquando

aliquando pro peruicacia linguæ, audaciq; scelere meritas dabit mihi pœ-  
 nas. Quum me nihil tale timentem, & inuictissimorum Lusitaniæ  
 regum gloriæ consulentem lacessiuerit, & in certamen nulla seruata lege  
 prouocarit. Nec cuiquam profecto cum illis qui vulgo de Soto maiore  
 dicuntur odium exercere, tutum vnquã fuit. Sedis (quod ego mallet)  
 vt aliquando resipiscat, ob deploratam & immedicabilem insaniam,  
 Anticyras nauiget ad helleborum, vt deuoratam inter syluestres lactu-  
 cas, ventosasq; rapas Strychnum, simul & morbum, quem ex amphythe-  
 to bibédo cõtraxit, euomat. Aut fortasse leuis homo (quod magis suspi-  
 cor) cum in aliqua ruinosa domo de suo more intempesta iaceret nocte,  
 hiantes Lemures, nigraq; phantasmata (quibus nihil terribilius, nihil ad-  
 mirabilius, nec magis monstrificum in tota rerum natura comperio) vi-  
 derat. Vnde phanatico correptus morbo furit. Aliter enim absentis stu-  
 dia, ac lucubrationes non improbaret. nec in me Satyram se compositu-  
 rum esse diceret. Sed fecit abortum nouercali tumidus odio detractor.  
 Hæc enim (vt vera loquar) quæ à transcurrente in Pandulphum quasi  
 ludens dictauerim, ludum iocumque dixeris, præut erunt illa, quæ Ca-  
 dabalina dabit rabies. Iratus me Hercule, (id est quum iustus subit do-  
 lor) totum hominem exuo, fioque repête rugiens leo, qualem Aphrica,  
 aut Hercinia sylua fert. Nec me in gratia referenda, nec in vlciscenda iniu-  
 ria superauit vllus. Quòd si posterius aliquantum ab homine Christiano  
 ab horrere videatur, meorum vitio maiorum (qui non ante deletam  
 Troiam Asiæ opulentissimam urbem ab decennali obsidione destitere)  
 hoc est tenui remedio (apud contumeliosos hypocritas, ac laruatos san-  
 ctiones, quibuscum, vt Pygmœi cum gruibus, assiduum gero bellum,) ~~ut  
 non excusabo.~~ Vale, meque tuum Pyladem, vt facis, ama. Auriense.  
 Prille Martias Idus. Anno. 1565.

IN QVOS.

culpam excusabo

cess  
 na-  
 ne-  
 nu-  
 vl-  
 ore  
 nu-  
 nen  
 do

+

**IN QVOSDAM RVSTICANOS POE.**  
*taftros, & Cadabalis Grauij Calydonij præceptoris  
fui honorem, studiosi adolescentis Simonis  
Roscij, Paschalis Roscij ciuis Auriens  
fis filij, non vulgare carmen.*

Inuidia vobis rumpuntur viscera pigri,  
Quod Grauius vates volitet super æthera, vosque  
Ingenuo superet, mediaque relinquat arena.  
Non mirum est, nam huius bellis meruere coronas  
Maiores quondam, Nomadumq; tulere furores,  
Pro duce pugnando, patriamque fidemq; tuendo,  
Hesperiam postquam Mauri euertere potente  
Dextra, quum infelix regnum Rodericus haberet  
Indigne. vestri runca secuere rubeta,  
Atque egere lues lapidosa per arua, bouesque  
Illotis pedibus, factis de pelle galeris  
Caprina, putri recubantes stercore, seduos  
Haud fallam, referamq; breui, quæ dixit Apollo.  
Nullius progenies sublimia carmina nunquam  
Occidit, nec Famae vehitur super astra quadrigis,  
Vt noster Cadabal, parca qui laude triumphat,  
Irridetq; canes, ventosaque murmura vulgi.  
Salue igitur Cadabal præsentis gloria sæcli,  
Gymnasiarcha senex, lumen memorabile Tydæ,  
Quam ad Minij ripas fortes struxere Pelasgi.  
Vosque poetæ tri ad Tarpeia saxa valete.  
Laus & honor Deo.